 §. idẽ labeo. ff. de aqua plu. ar. 7. Inn. de v. si. veniens. 7.
 c. qd p nouale. pmũ dictũ in nõ plz qñ fama nõ habu
 it ortũ ex pbabilib⁹ plecturis. tũc em poti⁹ dicũt vane
 voces ppli q nõ sũt audiende. in. c. ij. de elec. 7. l. decurio
 nũ. C. de penis. voluit Bar. in. l. de minore. §. tormenta.
 ff. de questi. scdm dictũ nõ placz indistincte. Pã impu
 rãdũ e pti qrea principio sibi nõ puidit dicem⁹ ne bo
 nã 7 sufficietẽ pbatõz si p famã pbo q iã sũt mille an
 ni q dom⁹ tua fuit ecclia psecrata. certe nõ puto hãc
 pbatõz sufficẽ ad domũ tibi auferẽdã qz cõit iura vo
 luit vt fama nõ inducat plenã pbationẽ cũ sepe fallax
 sit de pñ. cũ i iuuẽtute. 7 pbões dũt pcludẽ neõio d. p
 ba. in pñtia. 7 facit qd dixi in. c. cũ ad sedẽ de resti. spo.
 nec ob. iura allata p do. an. qz loquũt qñ est probãda
 pscriptio tãti tps cui⁹ inũtj memoria nõ existit. vñ di
 xit no. Inn. in. d. c. qd p nouale. q illa pbatio q fit q
 memoria nõ existat tẽ. solũ hz locũ qñ i iure expmitur.
 vt pbat pscriptio tãti tps cui⁹ inũtj nõ est memoria.
 pcedit q dictũ do. an. in istis casib⁹ nõ aut gnãlr in om
 ni factõ antiq 7 pcludõ hãc mãm h gl. post Bar. in. d.
 §. tormenta. ¶ Aduerte em varie reperiunt opõiones
 qdã ei volebãt famã facere plenã fidẽ. vt no. gl. i. l. atq
 nã. §. si. ff. de neg. ge. 7. C. de pba. l. iij. 7. l. vbi. C. de iur
 do. 7. c. cũ cãm. s. d. pba. alibi glo. vñ velle q fac sem
 plenã pbatõz. vt no. i. l. iij. ff. de testi. 7. h. 7. d. §. itẽ sepe
 7. c. j. d. ap. 7. l. admonedi. ff. de iureiu. 7. l. i. bonofidei. C.
 eo. Alij vident dicẽ q fama nullo mō pbat h pbatio
 nes iã factas pfirmat. vñ si vtraqz ps plene pbaret ob
 tinẽt illa q hz vltra aliã pte famã. d. l. iij. 7. d. §. itẽ sepe
 dũ dicũt pfirmat 7 c. iõ dicũt q fama nõ pbat cũ vno
 teste cũ solũ pfirmat. pbatõz iã factã h dictũ vnus te
 stis nõ e pbatio iõ nõ põt pfirmari. 7 hãc opõionẽ te
 nẽt Ja. de are. 7 an. de pib. 7 Ja. d. bel. idẽ tenuit pterqz
 iã factas breuioib⁹. ar. auẽ. nisi breuiores. C. d. sen. expi.
 re. Di. at. i. l. excusant. §. j. ff. de excu. tu. 7. l. i. in. l. fi. C.
 de testi. 7. in. l. iij. C. d. pb. tenet q gl. h vt i civilib⁹ pbz
 cũ vno teste nõ aut in criminalib⁹. cũ aut requirãt pro
 batiões luce clariores. vt i iurib⁹ h all. in glo. Bar. dic
 in. d. §. tormenta. q qdã sũt in qbo sufficẽ famã eẽ hz sic
 i veritate nõ sit 7 tũc sufficẽ pbatio fame vt. l. barbari⁹.
 ff. de of. p. 7. l. j. C. de testa. 7. l. j. §. arbit. C. d. sen. adde.
 ij. q. vij. §. tria. x. verũtũ. i bis em iurib⁹ nõ reqñit veri
 tas h sufficẽ famã subeẽ. qñqz reqñit veritas q ita sit 7 q
 dã tẽ sũt i qbo ipa fama seu cois opio veritatẽ faciũt 7 in
 ducũt 7 tẽ sufficẽ pbatio fame. vt. l. labeo. ff. d. supel. le
 gatis. 7. l. cũ delationis. §. asinã. ff. de sũ. istru. cũ si. Pã
 ibi sufficẽ pbare p famã q aliq xba habeãt certũ intel
 lectũ ad iferẽdũ qd disponẽs intellexit. Quedã sũt in
 qbo cois opio seu fama nõ iducit h iducit ad aliq d p
 bãdũ 7 tẽ si qdẽ pbat fama simplr ex voce ppli n. pba
 ta aliq psũptiõẽ ex q dicta opio seu fama originẽ tra
 xerit 7 nõ pbat. qz tẽ magl dũ vana vox ppli q n e exau
 diẽda. d. l. decurionũ. l. 3. n. nõ pbz hãm cũ tñ adiuuat p
 bationẽ iã factã. d. l. iij. §. eiusdẽ qz. si xõ pbat fama 7
 cũ h q traxerit originẽ ex pbabilib⁹ plecturis tũc dic
 Bar. q in qbusdã casib⁹ facit plenã pbatõz. vtputa i
 bis q sũt modici pjudicij. 7 sic intelligat glo. in. d. l. vbi
 in qua sufficit pbare p famã q maritus male vtũt sba
 sua ad effectũ vt i stituat dotẽ. Itẽ qñqz hz effectũ hz
 cũ vt trãsserãt onus pbãdi i aduersariũ. vt qñ qz cois
 opio hẽ p libero. vt. l. si mĩ. C. de sta. defũ. 7 vid qd
 no. i. c. vno. vt ec. bñ. alr ista fama nõ fac plenã pbatõ
 nẽ hãm eũ. An aut faciat semiplenã ita q plene pbet cũ
 vno teste. dicit q debem⁹ pñsiderare indicia 7 psũptio
 nes ex qbo ipa fama traxerit originẽ an multũ vigeant
 an nõ 7 hãm hec arbitrabĩ an fama faciat semiplenã p
 bationẽ vel nõ. 7 sic dicit debere intelligi gl. in. d. l. ex

cusant. ff. de excu. tu. 7. i. d. l. iij. §. eiusdẽ. ¶ Et ex bis in
 fert ad qõnẽ statutũ disponit q in aliqbo casib⁹ suffici
 at pbare maleficiũ p publicã famã. dicit. n. debere itel
 ligi de fama q traxit originẽ ex plib⁹ causis q inducunt
 pplm ad sic dicẽdũ vel credẽdũ als nõ esset fama h ma
 gis vana vox ppli de qua nõ e curãdã. vt. s. dixi. d. 3. em
 intelligi statutũ de fama ltima hãm eũ q verba sũt mltũ
 nõnda. Et faciãt p h vltimo no. p Inno. in. c. cũ opoz
 teat d. accu. vbi dic q testes deponẽtes sup infamia de
 bẽt reddẽ eãm sufficetẽ sui testimonij. nõ. n. sufficẽ dicẽ
 q pls hz illũ suspectũ ad mãm vide qd ponit Jo. an. i
 addi. spe. sup. §. fama de noto. c. i. vbi ponit duas opi.
 õrias atiqz. Hẽ ne captiue intellectu ppũ simplr re
 ferẽdo alioz igenia subijciã i effectu qd mibi vt i hac
 mã satĩ difficulti. aut. n. fama pcessit ex inimicĩ 7 de ea n
 e curãdã. vt in. c. cũ i iuuẽtute de pñ. 7. c. l. 3. ex quadã d
 testi. 7. c. qñ. 7. qñ. ij. de accu. Aut nõ pstat q pcesserit
 ex inimicĩ 7 aut versat i bis q sũt i assiduo 7 publico vsu
 7 pficit i duob⁹. h ad declarãdũ vocabulũ dubium. vt
 d. l. labeo. 7. l. cũ delationis. §. asinã pal. cũ si. scdo pfic
 vt vtilitate publica suadẽte ex q nõ agit specificẽ de p
 iudicio alteri⁹ teneam⁹ cõem opõionẽ p veritate. vt.
 d. l. barbari⁹. 7. i. d. §. tria. Aut hãt i alijs 7 aut n red
 dit cã rõnabil vñ pcessit infamia 7 nõ fac aliqẽ gẽdum
 pbatiõis vt. s. dixi post Bar. h coadiuuat pbationẽ
 pfectã. Aut reddit cã pbabil 7 pbat 7 tũc possent eẽ
 ita stricta idicia 7 plecture vt etiã plene pbaret i civilĩ
 b⁹ h tũc pbatio solũ fingit ex indicijs 7 nõ ex fama iux
 ea q plene dixi i. c. tẽ loco de pba. aut nõ pbant ita
 idicia stricta 7 tũc puto q si agit ex p̄ctu vñ rei vẽdica
 tiõẽ vel quasi seu alia actione fama nõ facit gradũ pro
 batiõis h tñ coadiuuat. itq loqĩt ter. in. d. l. iij. 7. d. §. se
 pe. Et e rõ qz pbatiões dũt pcludẽ neõio. vt i. c. in pñ
 tia d. pba. l. nõ eplis. C. e. 7. l. actor. 7. l. cũ res. e. ti. fama
 em sepe fallax e vt experientia docet. 7 de iure et dũino
 requirũt ad minus duo testes vt sit plena 7 pcludẽs p
 batio vbi agit d p iudicio alteri⁹. vt le. 7 no. in. c. l. 3. vñ
 nerfis d testi. 7 hoc voluerũt qdã antiq. vt recitat Jo.
 an. i loco pal. Idẽ puto vbi nõ agit ex p̄ctu si 7 p iudi
 cij nõ modici. vt pbat i. c. tã lris. j. e. vbi fama 7 aliq te
 stes singulares nõ suffecerũt ad effectũ cassandi electio
 nẽ electi. Si xõ agit ad aliũ effectũ tũc pbat i bis q sũt
 modici p iudicij 7 q de facili plene pbant nõ pñt. vt i p
 bãdo mortẽ alterius lõge abũtis vel q maritus male
 vtũt sba sua vel i pbãdis finib⁹ diocesũ. vt i. c. cãm.
 s. e. 7 i silib⁹. hoc verũ nisi i casib⁹ i qbus iura exigunt
 pscriptiõnẽ tãti tps de cuius initio nõ est memoria. tẽ
 em necesse e pbare p famã seu cõem opi. qz alr ipossi
 bilis eẽt pbatio vt. s. dixi. 7 an sit dũia int famã 7 cõez
 opi. vide p Jo. an. i. d. §. fama. In criminalib⁹ vero qñ
 qz pstat materiã indicẽdi purgationez. ij. q. v. psb: si a
 plebe. 7. j. de accu. accedẽs cũ si. Qñqz dat mãm inqre
 di. vt de accu. qñ 7 qñ. ij. Qñqz suspendẽdi ab offõ 7
 bñificio distinguẽdo tñ put le. 7 no. in. c. int de pur. ca
 no. 7 p Jo. an. i. c. j. de accu. l. vj. Qñqz coadiuuat p
 bationẽ iã factas seu alia admicula. vt i. c. p̄tea. j. e.
 Hẽ gradũ pbatiõis nõ fac qz pbatiões i criminalib⁹
 dũt eẽ luce meridiana clariores. C. de pba. l. sciãt cucti
 canonizata. ij. q. vij. i. c. epiphanũ. v. q. vj. 7 pbat i. d.
 c. tã lris. vbi nõ facit semiplenã pbationẽ etiã si agit d
 crimine civilr. forti⁹ h si agit criminalr 7 h no. Et h ca
 dit qstio an pbatiões diuerse speciei dbeãt misceri ad
 faciẽdã plenã pbationẽ. de q plene dixi i. c. cãm de
 pba. Pi. Abb.

Quasi fam que. Casus. Attestatiões
 in vno iudicio rece
 pte fidem faciunt in eadem causã inter easdẽ
 personas coram alio iudice. h. di. et non diuiditur.
 ¶ Nota q acta concernentia merita cause non restrĩ
 guntur respectu effect⁹ quo ad psonaz iudicis coram

De testibus.

quo acta sunt s' opant effectū suū etiā corā alio iudice. Et idē v' dicendū de actis p'cernētib' ordinatiōem vt de li. pte. 7 silib' pbari v' in. c. fi. s. de pba. ¶ S' q'ro nūqd' hoc sit v' indifficite. Inn. h' istat. 7 vide gl. i. cle. sepe. d' v. si. latins p' Bar. in. l. cū lite. ff. iudi. sol. 7 aliqd' in. l. cū apd. e. ti. Et vt clare p'cludā mām aduerte p'us q' acta q' fiūt i iudicio sūt triplicis qualitatis. Quedā em' p'cernūt ordinatōz iudicij. vt citatio libelli oblatio lit. pte. satisfactio 7 silia q' alio vocabulo appellant' ac ta iudicij seu iudicij ordinatiōia q'dā p'cernūt indagatiōem veritatis vt sunt attestatiōes seu depositions testiu' p'fessiones 7 silia q' alio vocabulo dicūt acta lit' seu cause. q'dā p'cernūt de decisionē negocij vt snie. q' ferūtur in cā 7 de h' ultimo nō tractat' h' sed est mā ti. d' re iudi. 7 maxie in. c. pe. 7. c. cū sup. 7. c. cū int. e. ti. ¶ Hoc p'misso cū querit' an acta in vno iudicio faciūt fidez in alio. distingue aut instātia iudicij nō ē pempta aut sic. puta p' lapsū triēnj de iure civili vel p' absolutiōne factā ab obseruatiōe iudicij ppter ineptitudinē libelli vt ppter p'tumaciā actoris h'm vtrūq' ius. in. c. no. in. c. cōsuluit de of. del. 7. c. examinata de iudi. 7 in. l. 7 post edictū. ff. de iudi. p' casu h' oīa acta siue sint ordinatiōia siue istructoria cause fidē faciūt corā iudice surrogato. vt sup' eis possit p'cedē sicut p'decessor. h' p'bant h' iuncto. c. fi. de pba. 7 in. l. mortuo. ff. de iudi. Idē em' v' in dex ar. l. p'ponebat. ff. de iudi. 7 i. c. innotuit de elec. 7. c. ecclia scē marie. s. vt li. pē. Idē dicendū corā iudice appellatōis. vt in. l. is apud quē. C. de edē. 7. c. cū ad sedez de re. spo. 7. c. p'tuas. j. de ap. cū ibi notatis. de satisfactōne x'o de iudicato soluēdo vt iudicio s'isti dic vt plene le. 7 no. in. l. cū apud. 7. l. iij. ff. iudi. sol. ¶ S' dubito q'd in iudice alteri' tribunali vtrū acta saltē iudicij ordina toria faciāt fidē corā eo vt sup' illis possit ferre diffinitivā. Et credo q' h' acta p'cernētia in v'estigatōz veritatis faciāt fidē corā alio tribunali. ar. in. l. cū antea. C. de ar. 7. c. int' dilectos de fi. instru. sec' puto i p'cernētibus ordinatōz ipsius iudicij. ar. op. in. l. iij. in p'n. ff. iudi. sol. ¶ Itē bec acta ordinatiōia restringūt ad ipm iudicē vel surrogatū. vñ in his obseruat' p'suetudo cuiusq' fori. vt. l. iij. ff. e. 7 no. sup' rubca d' p'fue. 7 h' q' ad p'mū mēbz qñ instātia nō ē pempta. ¶ Circa h' tñ dubitat'. p' q'd si depositions testiu' nō fuerūt publicate corā iudice recipiente nūqd' faciūt fidē corā alio iudice. 7 bec q'd etiā cadit i alio mēbro qñ instātia ē pēpta. vt p' 3 ex. j. di cēdis. Ja. de are. in. l. gesta. C. de re. in. inte. t'z q' nō faciunt fidē. 7 p' h' facit ille tex. dū req'rit q' sint redacta in publica monumēta. 7 idē sentit gl. i. l. p'perādū. C. d' iudi. 7 i. c. fi. d' pba. sup' h' alio q'n. Bar. i. d. l. cū lite. t'z q' faciūt fidē 7 petet' publicatio ab illo iudice alteri' instātie corā q' p'ducūt. ad h' allat' Inno. in. c. alberic' j. e. 7 vid' p' eū oīno i. c. cū i tua diocesi. j. e. to. an. t'z q' ē i op tione p'tiā an velit illis fidē adhiberi an de nouo eosdē testes p'ducere p. c. cū cām. j. e. in. fi. nisi testes illi essent mortui. ar. c. p'ntata. j. e. Ego puto q' corā iudice surrogato siue sit eiusdē tribunal sine appellatōis i dubio faciēt fidē q' cēset idē iudex. d. l. mortuo. 7. l. p'ponebat. ff. de iudi. 7. d. l. is apud quē. als seq'ret' q' snia lata sine publicatiōe testiu' nō possit p'firmari p' iudicē ad quez nisi de nouo p'ducerent' testes q'd nō est dicendū cū ad validitatē snie nō requirat' publicatio attestatiōnū vt no. Bar. in. l. platā. C. de sen. 7 in. l. o. s' corā alio iudice nō surrogato possit dubitari s' nihilomin' credo q' faciēt fidē. 7 sequor in h' Bar. 7 Inno. 7 p' h' bo. tex. i. c. p'stitut'. el. j. j. e. Itē fac. c. qm' p' de pbat. vbi notarius scribit depositions testiu' ad p'petuā rei memoriā nō ergo req'rit' publicatio ad fidē faciendā cū auctas notarij p'stat eis fidē 7 nō publicatio. vt p' 3 i. d. c. qm' p'. Itē publicatio nō fit ad p'stādā fidē ipsius depositions s' vt di spntet' sup' eoz dict'. vt i. c. qualr' 7 qñ. s. d' 3. j. d' accu. 7 i. c. p'ntiū. j. e. nō ob. illa. l. gesta. q' nō req'rit publica-

tionē fiēdā. s. p' iudicē s' vt publica manu p'scribāt. nō ob. c. cū cām. j. e. q' nō annullant' ibi testes ex defectu publicatiōis s' poti' ex alio defectu. vt ibi no. Inno. 7 cōmuniter doc. ita q' nullibi aperte p'bat' opinio p'traria ¶ S' dō dubitat' circa h' mēbrū 7 ēt sequēs int' q's per sonas faciāt fidē h' acta. So. dic' h' Inno. quē sequitur Bar. in. d. l. cū lite. q' valerēt nō solū inter easdē personas inter quas facta sūt. s' etiā int' eoz heredes duz tñ ad idē 7 eodē mō agat'. vt. d. c. albericus. C. d' li. ca. l. i. u. bem'. immo plus v' h'm eū q' oīa acta facta respiciētia cām esto q' snia nō sit lata. p'sunt nō solū p'ducētib' 7 eoz heredib' s' ēt oībz quib' res indicata p'desset. Ex empli aliq's a quo petebat' fidus. p'banit' p' testes q' su us erat postmodū vendidit illū petro. certe p'derūt at testatiōes petro sicut p'dessent ei snie late p' uenditore ff. de excep. rei iudi. l. si a te. s. j. 7. s. iulian'. 7 bñ fac. c. inter dilectos. s. nec attestatiōes de fi. instru. arguendo p' locū a spāli. hoc tñ notant' limitat' Bar. qñ testes seu alia acta gesta sūt p' pntem. Si aut' p' abntē p'tumacez tūc lz noceat' p'tumacia nō tñ alijs p'sonis q' b' als p' iudicē casset si fuisset actū p' pntē. sicut dicim' in snia vt nō noceat' illis q' b' als nocuisset si fuisset lata p' pntē q' tē videat' p' iuriā suā p'denat'. ad h' l. p'pōni'. s. meminisse. 7. l. q' repudiātis de inof. testa. 7. l. si p'ses. C. de pig. fa. cit. c. fi. d' em. 7 ven. int' p'sonas at oīno c'ncas nō faciūt fidē s' aliq'le p'sumptōz vt no. Bar. in. l. a snia. ff. d' appel. 7 no. in. d. l. si duo p'roni. ff. de iurein. 7 p' l. i. l. is apd' quē pall. Aliā limitationē ponit' do. an. dicens q' nō faciūt fidē inter alias p'sonas qñ agit' ad utilitatē p'uatā secus si rōne publice utilitatis vult iudex moueri ex officio suo rōne p'fessionis habite int' p'ntas i alio iudicio exēplū actore agēte p' b'ficiatū 7 nil. p'banit' re' spōte sicut p'fessus defectū iuris sui lz nō. p'sit' p'fessio vt snia ferat' p' actore ex q' nihil p'banit' de iure suo nec vt re' p' uet' cū ad h' nō fuerit actū tñ iudex ex officio suo potit' postmodū inchoando nonā instātia p' illū p'cedē virtute p'fessionis i alio iudicio int' als p'sonas allat' Spe. de ac. 7 peti. s. sup' actiōe x'. q'd si re'. Ego allego L' d' o. 7 Jo. an. in. c. mādātū de rep. Et aduerte q' idē voluit Inno. in. d. c. qualr' 7 qñ i fi. i alijs factis actis dū agēt' civilr' de crimine vt possit iudex postmodū sup' illis se fidare. q'd nō plz q' multa forte opposuisset p' testes si credidisset q' aduenterent' ad tātū p' iudiciū sec' i p'fessione p'pa. i illa em' nō cadit excusatio. vt no. idē Inno. in. c. p' m'q'sitōz d' elec. 7 p' illā opi. Inno. repperi gl. in. l. si quis a se fundū. C. ad. l. iul. de vi pub. 7 Bar. in. l. iij. ff. vi bo. rap. ¶ Itē dubitat' nūqd' int' easdē p'sonas acta faciāt fidē i alia cā: Inno. h' q' nō. dicit ei q' solū faciunt fi dē i alia cā qñ ad idē agit' vel ēt ad aliud q'd tñ penitet ex p'ncipali q'le ē si attestatiōes sint sup' māmomo nō va lebūt ad p'badū legitimatōz filioz. j. e. alberic'. refert alios dice' q' valēt hoc casu vltio q' ad p'sumptōz tñ 7 nō q' ad p'batōz. Bar. in. d. l. cū lite simplr' transit' euz p' dicto vt valēt cū ad idē agit' tñ. s' alr' loq't' i. l. ij. vi bo. rap. ibi dicit q' si p'batōes sint facte i civili p'ncipaliter circa delictū nō faciūt fidem in criminali vt no. gl. in. d. l. si q's a se fundū. 7 p'bat' h'm eū in. l. iij. ff. de testi. s. idē diuus. ibi testib' nō testimonijs 7c. Et rō q' i criminalib' req'rit' p'batōes luce clariores. Et adde rōez quā. s. dixi. 7 intelligit q' nō faciūt fidē. s. plenas tñ admiculant' h'm eū ar. l. qro i fi. ff. de edi. edic. 7. l. capite q'nto. ff. de adnl. Aut p'batōes sūt facte in cā civili sup' aliquo admiculo ad crimē 7 faciūt fidē in criminali vt l. j. 7. l. p'ses. ff. de plagia. Aut p'batōes sūt facte i criminali 7 p'sunt in civili intelligit tñ inter easdē p'sonas al legat. c. veniēs. 7. l. is apud quē. 7 q'd ibi no. pal. 7. l. cūz antea i fi. C. d' arbi. Idē dicit int' alias p'sonas q' b' p'iu dicaret snia ar. eoz q' s. dixi allat' i p'riū. c. veniēs. ij. j. e. vbi distinguit' an agat' ad eūdē finē an ad aliū. p' casu faciūt fidē sc'do no. ad idē q'd no. Inno. i. c. ij. de or. cog.

vbi dicit qd pbatōes facte sup exceptiōe nō faciūt fi-
dē sup actōe. ipse rīdet q illa dōria an agat ad eundē
finē an ad aliū sibi nō placet in qōne pposita. s; putat
sic dicēdū q aut pbatōes fuerūt prio facte in cā vbi
sufficit sumaria pbatō. v; fuit scā nō seruato iuris or
dic. vt an li. 27. sup aliq dilatoria et tūc nō faciūt fidē
in alia cā etiā int eadē psonas. et hūc dicit eē casū in
d. c. veniēs. et sic dicit intelligēdū pmissū dictū Inn.
ibi. n. pbatōes fuerūt recepte sup dilatoria. sec; vbi
fuerūt recepte seruato ordie iuris. 2 plene ad hoc qd
no. Anno. in. c. fi. de or. cog. 7 s; sunt bñ notāda. 7 pla-
cet multuz rñsio ad illud. c. veniēs. Nā tex. ibi pōderat
q li. nō pte. fuerāt ille pbatōes recepte in alio iudicio
Sed attende q; bar. loquit qñ sup eodem agitur licet
ad aliū finē. vt q; de eo primo fuit actū criminalit; nūc
ciuiliter. Nā rōne pneritatis seu vnitatis s;iecti satis
admitti pōt vt pbatōes i vna instātia faciāt fidē i alia.
ar. i. c. j. d. cā pos. 7 ppe. S; mai; dubiū ē nūqd faciāt
fidē int eadē psonas i alia cā. p; sus sepata. Et p; v; q
nō. ar. i. c. int dilectos. s; nec attestatōes d. fi. istru. vbi
impugnabāt ille attestatōes duab; rōnib;. pma q; int
alias psonas. scda q; i alio iudicio recepte fuerāt nō s;
sufficit vt int eadē psonas agat si i alio iudicio sed ad
aliū finē recepte fuerāt. insti. de nup. s; affinitatis. vbi
p; q; nō sufficit vnā cām cessare. s; in p; trariū fac. c. cū
oli d. v. si. vbi le. 7 no. q; acta iducūt notoriū. Itē istū
qñq; facit fidē sup eo sup q; pncipalr nō fuit pfectū. l.
optimā. C. de pben. 7 cōmit. sti. 7 de p; sup. c. illd. fac. qd
no. gl. ij. i. c. cū oli d. cē. 7 s; p; tāq; eqor pl; mibi placet
Nō em debem; oppmēre 7 angustare v; itatē cūz his
vanis s;tilitatib;. ar. c. ecce. xxij. q. ij. 7 in. c. abbate sa-
ne in fi. de re iudi. li. vj. Venio nūc ad scdm mēbz pñ
cipale qñ est pempta instātia. i q; dic q; p instātie pē-
ptionē solū pūmūt acta lit; ordiatoria q; als appellatur
acta iudicij. vt citatio libelli oblatio li. pte. satisfatō 7
silia. nō aut pūmūt acta cause tēdētia ad veritatē inda-
gationē. vt depositio testū p; fessio ptiū 7 c. vt pbat; ex
l. cū lite mortua p. al. iūcta. l. cū ātea. C. d. ar. 7. l. iudicem.
C. de li. ca. 7. l. fi. de testi. no. i. l. pperādū. C. de iudi. 7 s; ē
pclusio Inno. b; 7 Bar. in. d. l. cū liter vide glo. in cle-
sepe d. v. si. v. defēsōes. Rō diuisat; ē q; acta r; piciē-
tia decisionē cause nō sūt acta iudicij s; cāc q; nō perit
vt i. c. exainata d. iudi. iō nec ipius acta. acta iudicij or-
dinatoria intātū pereūt q; nō valz postmodū snia sup
illis lata q; reperit lata sine tela iudicij. 7 s; balib; debet;
vt no. gl. in. d. l. pperādū. s; j. in v. triēij. nec pdest cō-
sensus ptiū 7 iudicis p. l. nemo p. ff. de le. j. 7. c. vnicū d.
li. 27. Acta hō cause pempta instātia faciūt fidē i eodē
vel alio iudicio s; m q; plene dixi in mēbro pcedenti.
S; circa s; scd; mēbz dubitat nūqd pēpta instātia
peat oīno effect; actoz pēptoz. Inn. b; 7 Bar. in. d. l.
cū lite. pcludūt q; bonoz actoz iudicij duplex ē effect;
Quidā est de futuro vt p ea 7 sup eis ferat snia 7 iste
perit vt. s; dixi. Ali; est effectus iā pfect; d; pterito an
pemptōz instātie 7 iste remanet. exemplū p li. pte. q; ef-
ficat malefidei possessoz. l. nemo. C. d. acq. pos. 7. l. certū
de rei ven. ppetuat actio. vt. l. fi. C. de p; sup. xxx. v. l. xl.
an. res efficit litigiosa. C. d. liti. auē. litigiosa. 7 sic de ali-
is. talis at effect; nō perimūt perēpta instātia q; effectus
iā ē pfect;. p. s; d. l. pperādū. 7 qd ibi no. s; j. l; aliud sē-
tiat gl. in. l. ij. C. de fruc. 7 li. expē. S; p; mū dictū cōit; te-
net. s; vide gl. fi. j. e. significauerit. q; v; sentire oppositū
S; pōt illa gl. vt saluet; intelligi qñ q; renūciat instā-
tie 7 sic loq; tūc. n. q; v; diffidere de iure suo tollit ef-
fect; et iā pduct;. sec; tñ si perit ex iure vel iudicis di-
spositione vt sic pot; subueniat ei q; ē i necessitate cō-
stitut;. ar. c. ab arbitris d. of. dele. li. vj. Predicta oia
pcedūt siue acta sūt gesta corā ordinario siue corā de-
legato. vt in. c. fi. s; de. pba. siue corā arbitro vt. d. l. cūz
ante. i. arbitris tñ limita vt b; i. c. pñtata. j. co. l. fi. C. 7.

ti. Et no. bñ vnū dictū hosti. hic. sentit em q; acta fa-
ctū respiciētia valēt l; pma; instātia pp ineptitudinē
libelli. 7 sic valēt pbatōes facte sup libello inepto qd
intelligo dūmō nō subsit aliud vitū. 7 facit s; dictum
vt valeāt acta ad aliū finē inter eadē psonas d; quo. s;
dixi 27. Rico. ab.

Quoniam nūcius. Casus. Clerici non
sūt a ferēdo testimo-
nio in cā ecclē sue sine rōnabili cā repellēdi. h.
d. Quero q; possit eē cā rōnabil; repellēdi. dic q; ml.
tipler ē. vt excōicatio crimē grauamē pūmū ifamia 27.
j. e. testimonij. 7. s; e. ex pte ade. cū multis s;lib; Et no-
ta ex hoc 7 ex tex. q; habilitatus ad tertū actū respectu
vni; cause v; habilitatus solū respectu illi; 7 nō respec-
tu alioz panter impedientū. p hoc. c. ex tuaz d. auc.
7 vsu pal. 7. l. si domus. ff. de ser. v. 2. p. d. 7 qd no. gl. in
c. statutū i pūm. de rep. li. vj. sicut cessante vna cā ex plu-
rib; pariē impedientib; nō cessat dispositio vt in. s; af-
finitatis. insti. de nup. secus puto vbi plures cā diuiri-
butiue nō sufficiunt sed simul cōsiderate tūc em cessat
dispositio vna cessante. vt pbat; iudicio meo. in. c. qm
frequenter. s; pōro iūcto. s; si aut vt li. nō pte. qd no.
Glo. j. facit duo. primo tractat an clerici possunt libe-
re ferre testimonium in causa ecclē vel vniūsitat;. quā
qōnem plenissime tractant in. c. in sup. s; e. vbi expedi-
ui etiā tacta p doct. h. iō dic vt ibi. Scdo querit nū
quid clerici pnt cōpelli ad petitione aduersarij ad fe-
rendū testimonium p eccliam. 7 allegat p 7 s; finalr po-
nunt duas opiniones. Prima vt nō cōpellant s; si ve-
lint testificari p ecclia dnt ferre testimonium et p ecclē-
siam q; testis d; p vtraz pte ferre testimonium. vt no. i.
c. fraternitat;. j. e. Scda opi. quā seqtur gl. ē vt indi-
stincte cōpellat; q; cā ecclē nō ē ppe ipoz clericozū 7
tacere veritatē ē pcrim. Inn. approbat hāc vltimā opi.
nō ex rōnib; alijs testib; q; tē militat rō glo. 7 plac; Ho-
stien. dūmō non sint isti clerici liberti ecclē q; isti plus
alijs astringūt ecclē. vt. s; de ser. nō or. eo. libenti;. 7. j.
de suc. ab inte. c. ij. 7 d. testa. req; s; i fi. Satis mibi pla-
cet q; si ecclia pducit p se teneat et testificari ptra ec-
clēsiā q; testis p; s; i p vtraz pte. vt i. c. nō sane. xij.
q. v. no. glo. i. c. fraternitatis. j. e. Si hō nō adduc; p se
aut repiunt; alij testes 7 nō pellant; clericū tū p rōes b;
gl. tū ē p tex. op. i. c. q; q; xij. q. ij. aut nō subsit alij te-
stes sup s; verisūt iformati 7 pellant; q; indefectū p-
bationū cessat oē pūilegiū. vt i. d. c. q; q; 7 no. s; e. c. si q;
7. j. de testi. co. c. j. 7 p s; tollit p rariū supra formatū de
filio i glo. Itē vt dicit Jo. an. illa p; bitio ē de filio cā-
nali. 7 edictū de testib; est p; bitiozū. l. j. ff. e. hoc puto
v; nisi sint clerici p; mouētēs illā cām ecclē. Nam sic
nō admittunt; in fauorē ecclē. vt in. c. in sup. s; eo. ita 7
forti; ptra eā. nō em d; p; nator; cogi ad testificādū
p dūm i eadē cā l; possit int; rogari. Itē plac; limitatō
Hosti. i. liberti ecclē ne de domo ecclē ex q; rat aduer-
sarius pbatōes suas s; c. j. d. pba. 7. C. de edē. l. q; accu-
sare. Predicta adduco ad qōnē nūqd i causis pna-
toz clericū possint cogi ad testificādū. vide in hac mā-
tex. no. i. c. q; q; xij. q. ij. v; d; q; i seclanib; negocijs n;
dnt clericū adhiberi in testes in insti; nec etiā in iudi-
cio si trāseūdo aliqua viderint vel audierint nisi vbi te-
stes laici nō reperunt; tūc em in defectū admittunt; ne
malus vt bon; estimet; 7 v; itas occultet. q; casu ē in p-
uidētia p; ij. epi vt aut corā se 7 cōperētib; iudicibus
aut aliter honouifice testificent; vt dic; ibi tex. Sed
out; dubiū circa illū tex. vtrū possit testificari in pñtia
iudic; seclari; corā q; v; itis qd an corā epō tm. Lau. ibi
sentit q; pot; it corā iudice seclari; p verba illius tex. ibi
aut aliter 7 c. S; s; eū fac. xj. q. j. testimonij. ibi n; i i
ecclia 27. xij. q. vlti. c. null; ex ecclēastico. 7 vide oīno q;
dixi in. c. j. de iura. ca. vbi examināui intellectū illius. c.
nullus. Archi. 7 Hug. i. d. c. q; q; dicit p illū tex. q; ē i

optione epi vtz ipe examinet teste p se vel aliu 7 depo-
sitione remittat p tabellione vl sub suo sigillo ad iudi-
ce cause vl vt faciet examinari p illu iudice cause. 7 ita
intelligat xba illi. c. vel alit honorifice testificet 7c.
iurat. n. clic? i maibz alteri? cu licetia sui epi. vt i. c. j. de
iura. ca. 7 hoc placet. 7 sic obseruat qn testes sut i alie-
no teritorio. vt in. c. pstitut? de fideius. nulla em pta
te pot hie iudex laicus i psona clerici de fo. co. c. ij. 7 c.
vnico de cle. p. li. vj. Et qd si vacillat du deponit co-
ra iudice seclari. vide qd dixi i. c. vtz de fo. co. 7 nū
quid valeat depositio si spote deponit sine licentia sui
plati cora iudice seculari vel alio iudice no suo: credo
q sic q: hoc nullibi repit? expse. phibitu ex q spote de-
ponit. 7 ad. c. j. de iura. ca. dic vt ibi dixi. Et p h facit
iste tex. 7 c. insup. s. e. cum multis silibz. vbi dicit q clerici
pnt ferre testimoniū in cā ecclie sue 7 nil dicit de licentia
epi. 7 facit q dicā i sequenti qde. Itē p supposito q ma-
le fecerint i nō hndō licetiā ab epō nō tñ p h seqt? qui
testimoniū debeat valere q: lnia ē qddā accitale n̄ at
de sba testimoniū. facit. c. j. s. e. 7. ff. c. l. j. 7 mltā phibet
q tñ facta tenēt. c. rursus. q. cle. vl vo. 7 p h soluo qōne
nūqd rligiosi possint eē testes: Spe. e. ti. s. itē excipit
q est monach? 7 in p. qd de monacho. 7 q sic. 7 idē d
fratre minore 7 pueris 7 silibus religiosi. q: nō repe-
riunt phibiti imo poti? pmissi. vt in. c. nup. j. e. 7 b. 7 i
c. 7 si xps de iureiur. cū si. idē no. gl. in auc. de mona. s.
cogitādū. 7 Bal. in auctē. igressi. C. d. sa. san. ec. 7 sētū
Spe. q valeat testimoniū et sine licetiā epi. Ego cre-
do q a pncipio dnt hie lniaz plati cū etiā litteras non
debeat legere sine lnia plati. vt. xij. q. j. nō dicatis. sed si
testificati sūt valet testimoniū p supradicta. facit. l. cu 3
p. s. hereditatē. ff. de le. ij. Et satis est q nō repit? tale
testimoniū a iure. phibitu seu reprobatū. 7 poti? in pte
tandū vt res valeat q̄ pereat i. c. abbate de x. sig. 7 l.
q̄ties. d. x. ob. allego ad p̄dicta no. tex. in. c. xitatis. s.
d. do. 7 p̄tu. vbi ex cām monasterij et in cā criminali ad-
missi fuerūt i testes abbates p̄ores p̄positi 7 alij religio-
si nec aliqd ibi dicit de supioris p̄sensu seu lnia. et bēs ibi
bo. tex. d. platis inferioribz circa ep̄s. 7 vide qd dicit in. c.
cū pastoris. i. gl. ij. q. vj. de ep̄s. 7o dic q qn opus
est ad eos mitti dicit p testimonio ferendo tñ nō cōpel-
lunt dicere testimoniū s̄ spote pnt. vt in. l. nec honore
cū auct. se. q̄ incipit s̄ index. C. d. sa. san. ec. cū gl. sua ca-
nomizata. xj. q. j. s. nec honore. facit. c. si. de iu. ca. credo
tñ q i defectū aliaz phationū poterit etiā ep̄s cōpelli
ad ferendū testimoniū per suum supiorē q: hoc ca-
sū vt dixi cessat oē p̄uilegiū 7 facit. c. dilecto. j. e. vbi ob
hāc cām depōit iudex a indicādo vt ferat testimoniū
et in foro seculari testimonium solius episcopi sufficit
fm singulare p̄uilegiū episcopis ab imperato? tribu-
tum. xj. q. j. fm lec. Inn. in. c. nup. plene dixi in. c. sicut
s̄ de proba.

Super eo. Casus. Crimē nūc pbatū
repellit teste als d illo crimi-
ne nō dānatū. cōis diuisio. scda ibi r̄ndemus.
No. q testis q̄tūcūqz tolerat? tpe p̄ductionis pot
p̄textu criminis obiecti repelli nō solū i criminali s̄ eti-
am i civili. secus si fuit descriptus i instr̄o tpe toleratio-
nis. nō. n. reprobat? instr̄m si postea appareat inhabilis
l. j. C. de testa. Et idē p̄t dici qn ad dictū testiū inhabi-
um snia fuit lata vt nō reprobet? l3 postea offerant? p-
batōes sup inhabilitate. vt i. c. p̄ntiū. j. e. ti. nisi fuerit ap-
pellatū. Quā tē i cā appellatiōis p̄nt crimia obijci. vt est
gl. no. in. c. j. de excep. sup x. p sniam. vel nisi p̄bet cor-
ruptio seu p̄uiriū fm ea q dixi. l. c. sic. s. c. Quid aut in
iudice nūqd possit repelli p̄textu criminis sine sit dele-
gatus vel ordinari? vide plene no. in. c. sciscitatus. s. d
rep. 7 aliqd p̄ Inno. in. c. cū venerabilis de excep. s̄ ple-
nius p̄ eūdē in. c. sciscitatus pal. No. q p̄uictio vl cō-
fessio facta i vno iudicio q̄ ad certū finem facit fidē in

alio iudicio q̄tenuis agit de habilitate p̄sone. Et est rō
q: q̄tenuis snia vl p̄fessio ificit p̄sonā seqt? eā q̄cūqz se
p̄tit sic ifamia 7 lepra leprosu. j. q. j. cito turpē. 7 l. in ge-
nuū. ff. de sta. bo. 7 vide Fed. p̄si. xxiij. 7 plene p̄ Inno.
in. c. cām q̄ si. sint le. facit. c. testimoniu. j. e. sec? qn alia
acta seu p̄fessio nō respicit p̄sonā s̄ puatā cōmoditatē
alterius tñ nō faciūt fidē q̄ ad aliū. l. pe. ff. de interro.
ac. 7 in. c. in d̄ dilectos. s̄. nec attestatiōes de fi. instr̄. et
l. p̄querit cū duabz se. ff. d̄ excep. rei iudi. Op. s̄ tex.
et v? nō sufficere q̄ als fuerit p̄uicti vel p̄fessi d̄ crimi-
ne saltē in civili. vt in. c. testimoniu. j. e. So. fm gl. j. itel-
lige B qn p̄seuerāt i crimine 7 distingue in mā. put ibi
plene no. Op. scdo 7 alit v? n. q̄ si p̄seuerēt i crimi-
ne nō sint repellendi. ex quo bactenus nō fuerūt de cri-
mine nūc obiecto p̄denati. ff. c. l. ij. s̄. itē. l. iulian. canoni-
zata. iij. q. ij. s̄. itē. l. iulian. 7 facit. l. at̄hletas. s̄. calūnia-
tor. ff. de his q̄ no. infra. vbi dicit q̄ calūniator notat? infa-
mia ita demū si calūnie cā dānatus fuit. nec sufficit ca-
lūniatū fuisse So. gl. q̄ fm leges repellit? criminof? ita
demū si fuisset dānatus. vt in p̄rys fm canones satis
est. q̄ nūc possit p̄uicti. vt hic 7 in. c. testimoniū. j. e. Ex
quo no. q̄ lex canonizata p̄ria canonibz nō est in foro
canonico obseruanda. 7 hoc idē q: grānus in corpore an-
do illā canonibus nō potuit p̄iudicare canonū cū ad B
nō habuisset p̄tātē a papa iuxta no. i. c. ij. de rep. Et di-
cūt hic Ala. 7 Ain. de iure canonico nō sufficit oē cri-
mē s̄ 3 ad minus q̄ sit tale qd a p̄motiōe repellat et
tūc cū eo nō fuerit disp̄satū. Ego hāc materiā resp̄cū
vtriusqz iur? plene p̄sequar in. c. testimoniū. j. e. dic vt
ibi. Et glo. op. de. c. ex pte ade. s. e. cū ibi notatis vbi
p3 q̄ nō repellūt testes p̄textu criminis obiecti qn sal-
tē pnt recipi eoz dicta. So. Jo. an. duplr. p̄mo q̄ nō
dnt admitti et a pncipio. 7 sic x̄bū admitti stat p̄prie.
scdo sol. q̄ nō dnt admitti. s̄ inspecto effectu. s̄ adūte
q̄ p̄ma expositio nō soluit p̄riū. Sed tu dic q̄ hoc ver-
bum admitti potest intelligi p̄prie 7 improprie redu-
cendo materiā ad ea que plene dixi in. d. c. ex parte
ade. arg. in. l. non est nouum et. l. nam et posteriores.
ff. de legi.

Ecetero. Casus. Laic? i criminali nō
testificat? clericus 7 accusat
tñ p sua vl suoz iniuria. s̄ pōit reglam a q̄. se-
cūdo excipit ibi nisi. 7 exceptōz d̄tmiat ibi nec nunc.
No. p̄ vnā reglam q̄ vbi agit d̄ crimie criminali n̄
testificat? laici 7 clericū. 7 vid̄ tex. no. iuncta gl. i. c. testio-
niū. xj. q. j. q̄ ponūt reglam p̄saz q̄ nec admittūt cleri-
ci 7 laicū cū criminali agit. 7 allegat ibi gl. istū tex. q̄ tñ
facit p̄ casū p̄uersū 7 sic laici nō testificant? 7 clicos ita
p̄ idētū rōnis. nec clici 7 laicos qd no. 7 satis bñ fac
ille tex. dicit tñ ibi Hug. q̄ de crimine eccl̄astico pote-
rit cleric? etiā corā iudice seculari accusari 7 testificari
7 laicū. allat. vj. q. ij. c. j. Credo et q̄ i crimine seculari
vbi nō ageret ad penā sanguis possit clicus ferre testi-
moniū 7 laicū i defectū testiū ne mal? vt bon? reputet
ar. op. in. c. q̄ q̄. xij. q. ij. 7 illud. c. testimoniū intelligit
gl. in. c. j. l. di. qn agit ad vindictā s̄anguis. Nec obstāt
p̄dicta q̄ laici excludūt qm p̄sumūt ifesti clericis. ij. q.
vj. laicos. 7 c. clericū. q̄ rō cessat in clericis cū p̄sumant
sanctiores 7 p̄res sp̄iales ip̄oz laicor. xj. q. ij. absit. xij.
q. j. duo sūt genera. No. scdo p̄ncipaliter q̄ et laico
p̄lequēte iniuriā p̄uā 7 clericū nō admittūt laici ad
testificādū. nec apit iste tex. si sint alij testes vl nō s̄ po-
tius indistincte v? excludē p̄ illud x̄bū aliquatenus 7c.
Et q̄ q̄ doc. alicubi n̄ tāgāt q̄ meminēri. ego tñ soleo
limitare hoc. c. qn delictū de q̄ clericus accusat fuit cō-
missū i loco i q̄ ē clericor copia. Quid em si i villa vbi
eēt vn? clic? certe impossibile eēt hoc casu. p̄bare deli-
ctū. et sic intelligēdo hūc tex. indistincte remanebit ipu-
nitū 7 dabit? clerico mā delinquēdi. q̄re itelligo q̄ tūc
admittant? laici i defectū ad testimoniū. nam ex hac cā

admittit als inhabiles. vt pbat in. c. fi. j. ti. pri. fac. c. venies in fi. j. e. vide bo. tex. iuncta glo. in x. 7 si tres. s. de ele. cu dilecti. saltē qñ ex nūero 7 qñtate testiū nō sit p̄sūptio q̄ velint dicere falsū. vt in fili dicit tex. in. c. in fidei fauorē de here. li. vj. Et vbi nō p̄t h̄i vera p̄batio admittit p̄sūptiua. vt in. c. p̄terea. j. e. 7 in. c. tercio loco. 7. c. l̄is. j. de p̄sūp. cū si. mltū tñ facit in p̄trarij. l. p̄sperit. ff. q̄ 2 a q̄b. sufficit em̄ ita sc̄ptū eē. vj. q. iij. sci tore. S3 m̄deo cū h̄ materia testiū repiat a iure limitata mō p̄dicto debem⁹ 7 nos i casu n̄o sic limitare. ar. l. nō possū. ff. de legi. 7. c. cū dilecta de p̄fir. vti. v̄l inuti. Et ineptū est regl̄az n̄ fallere vbi rō n̄alis suad̄z. vt ex tex. iuncta glo. no. in auc. vt ma. debi. 7 facit. l. scire o3. s. suffi. ff. de excu. tu. vbi tex. arguit ex naturali iusticia.

Secundo limito h̄. c. vt nō p̄cedat qñ delictuz elici d̄r notoriū tūc etiā laicos admittere ad testimoniū. tex. ad duco no. in. c. cū dilecti de pur. ca. **T**ercio limito vt laici regl̄r nō admittat. s. ad plenā p̄bationē faciendā s̄ ad iudiciū faciendū sic saltē vt subijciant torture. ar. i l. capite q̄nto. cū ibi no. p̄ Bar. ff. de adul. 7 ibi gl. 7 i. l. q̄ro. ff. de edi. edic. 7 q̄d no. in. c. j. s. de p̄ba. 7 sentit In no. in. c. qm̄. s. e. **Q**uartā limitatōez sentit h̄ **H**ost. vt p̄cedat qñ agit de crimie criminalr vt p̄dixi. sec⁹ si ciuilit. p. c. iij. s. e. 7 h̄ dic. p̄cedere etiā si agat ad prima tōez b̄nificij. **N**ā 7 tñc d̄r agi ciuilit p. c. iij. s. e. 7 in. c. p tuas. j. de symo. q̄ p̄pue accusatio tēdit ad depositōez ab ordine. vt in. c. q̄lr. 7 q̄n. ij. de accu. Et p̄ hac limita tōe ē bon⁹ tex. j. e. tā l̄is. Idē si agat p̄ viā inq̄stōis v̄l denūciatōis. ar. in. c. tā l̄is. 7. c. qm̄. s. e. sentit h̄ **F**e. p̄si. xxiij. Et facit q̄ his casibz nō agit ad penā n̄alē delicti vt. d. c. q̄lr. 7 q̄n. **Q**uandō aut̄ his casibz admittant laici ad accusandū sicut ad testificandū. vide q̄d dixi in. c. ex pte ade. s. e. **Q**uintā limitatōem sentit gl. ij. hic vt admittant laici in exceptis criminibz. s̄ tu respectu ac cusatōis clericoz dic vt plene no. in. c. cū. p. de accu. 7. ij. q. j. in primis. 7. ij. q. vij. in sūma. respectu h̄o testimonij an admittant laici p̄tra clericos in exceptis criminibus. dic vt plene le. 7 no. in. c. p tuas. el. j. j. de symo. vide i. c. in fidei fauorē de here. li. vj. **A**ltio h̄ querit q̄ tex. admittit. h̄ laicos ad accusatōez clericoz cūz p̄sequit̄ suā v̄l suoz iniuriā q̄ cōp̄bedant h̄ appellatōe suoz. **S**o. vario mō exponit p̄ doc. q̄ in casu nō n̄ repit h̄ a iure determinatū 7 ad alios effectus mltifarie expoit̄ **N**ā h̄m accur. illi dicit̄ sui q̄ pro eo testificari nō p̄nt vt no. C. ad tertu. l. pe. in fi. 7 vide p̄ spec. in ti. de accu. s. ij. in prin. **H**ost. dixit illos suos de q̄b h̄. ff. d̄ acc. l. j. 7. ij. **S**of. intelligit suos oēs illos p̄ q̄b agere p̄t q̄s actōe iniuriāz q̄ iniuria videat̄ sibi illata vt serui filij vxoz. insti. de iniur. s. patit. ff. de iniurijs. l. itē ap̄d labe onē. s. itē sp̄sū. Itē si q̄s defendit mortē p̄pinq̄z. l. hi tñ. ff. d̄ accu. 7 sic intelligit. ij. q. xj. negāda. **A**b. h̄o d̄ic h̄ posse intelligi de oibz p̄stitutis in potestate vel nō d̄ h̄ sint in p̄rio gradu. allegat de sen. ex. si h̄o. **P**e. dicit q̄ i ill casibz potēt accusare q̄b sine p̄ea potēt h̄b̄ere q̄ h̄nt in. d. c. si h̄o. **J**o. an. in addi. spe. in. d. s. ij. dicit q̄ oēs sunt sui p̄ q̄b p̄t postulari q̄ ē de tercio ordine nō postulantū 7 enumerant. ff. de postu. l. j. i. si. l. se. q̄d pu rat v̄z exceptis vltimis duobz ibi enumeratis. 7 enu merant̄ ibi h̄e p̄sone parētes p̄ioni v̄l p̄ione 7 coz li beri p̄rij liberi ff̄ soroz socer vxoz socer gener nur⁹ vi tric⁹ nouerca p̄uignus pupillus furiosus 7 fatuus. mi bi placēt oia p̄ter istas tres p̄sonas vltias. q̄ isti n̄ p̄nt dici sui ex q̄ sibi nō attinet l3 als ill sit miserēdū 7 fauē dū. **E**t no. ex h̄ 7 ex tex. q̄ licite est d̄ iure canoico q̄s p̄seq̄t etiā criminalr iniuriā p̄piaz 7 suoz. facit. c. 7 q̄ emēdat. xlv. dis. 7 vide q̄d no. in. c. si is. q̄ platus. xxiij. q. iij. 7 p̄ doc. in. c. olim de iniurijs. 7 in. c. grauis. de rest.

Nicolaus abbas. **I**n causis. Legit p̄cipaliter duobz modis 7 fm̄ lec. cōez 7 h̄b

2gruentez. b. d. **I**n causis ecclesiasticis 7 ciuilibz p̄nt fieri tres p̄ductōes testiū quarta aut̄ nō admittit absq̄ solēnitate legali h̄ p̄rio. **S**up̄ dictis testiū pōt p̄ ipoz publicatōez publice disputari h̄ secdo. 7 duo sut dicta scdm̄ ibi 7 sup̄. **Q**uo. p̄ q̄ cāz q̄dā sunt ecclesiastice q̄ dā ciuiles. Ecclesiastice p̄nt dici dupl̄r v̄l q̄ spectāt ad ecclesiasticū for. **C**iuiles dicūt ille q̄ agunt in foro secu lari. v̄l secdo dicūt ecclesiastice sp̄uales 7 criminales. **C**iuiles que agūt de rebz t̄palibz. 7 vide bo. glo. 7 plenā. xj. q. j. in sūma. **Q**uo. secdo q̄ regl̄r cause ecclesiastice regu lant̄ in iudicio ad instar ciuiliū. facit p̄ locū a sp̄ali cle. disp̄diosā de iudi. 7. c. j. de iura. calū. li. vj. **Q**uo. t̄cio ibi in legibz zc. q̄ cause etiā ecclesiastice regulant̄ in iudicio fm̄ leges ciuiles ex q̄ nō p̄tradicūt canoibz. 7 sic tā in ordinādo q̄ in decidēdo attēdit̄ ins ciuile iurica nonico n̄ p̄trariū. 7 p̄ h̄ dicto ē tex. in. c. j. 7. ij. d̄ no. op. nun. adeo q̄ vbi ius ciuile exp̄sse nō disposuit p̄t tñ ad duci p̄ sile vt notāter pbat in. c. aucte martini. de p̄ces p̄bē. li. vj. 7 loquit̄ de illa solēnitate legali q̄ h̄ in. c. v̄l tra terciā. j. e. 7 originalit̄ in auc. e. ti. s. q̄ h̄o. **A**lti mo no. q̄ l3 testes recipiant̄ in secreto. in. c. venerabili. j. e. de dictis tū eoz p̄t postea publice disputari vt hic sile in electōis scrutinio q̄d fit in secreto postmodū tñ publicat̄ 7 sup̄ eo publice disputat̄. in. c. q̄ p̄f. cū ibi no. s. de elec. 7 h̄ potuit eē rō dubitādi. nā videbat̄ q̄ deberet secrete disputari d̄ dictis sic recipiūt. **S**3 alia rō iminet in receptōne q̄ in disputatōne. q̄ p̄rio casu dubitat̄ de falsitate. s. e. c. ij. secdo h̄o nō. **D**p. 7 vid tur q̄ p̄les p̄ductōes possint fieri in cā cū dilatio data ad p̄ductionē testiū cedat cōmodo debēt̄ p̄ducē. nā dilatōe p̄dēte iudicis offm̄ quiescit. j. de appel. signifi cāte. 7. l. siue ps. C. de dila. **G**lo. metu p̄trarij vt ar bitroz exponit tex. ibi p̄ductōez. i. dilatiōne. 7 sic in telligendo de q̄rta dilatōe. vñ. j. primā scdaz 7 t̄ciā di latōez p̄t q̄s tocies testes p̄ducere q̄ties voluerit. s̄ q̄r tā dilatōem nō habebit nisi cū oī solēnitate de q̄. j. e. v̄l tra terciā. 7 h̄ v̄z fm̄ glo. nisi obstat renūciatio p̄du ctōis testiū vel si mltitudo testiū ē producta. tūc ei ne dū q̄rta nō h̄bit h̄ nec etiā t̄ciā nec scdaz. j. e. significa uerūt. 7. c. cum veissent cū si. **D**einde ponit gl. scdm̄ in tellectū vt intelligat̄ tex. in p̄ductōe fm̄ q̄ h̄bū sonat v̄z vt in cā nō possint fieri v̄ltra tres p̄ductōes testiū nisi cū solēnitate legali. dicit tñ primū seruari de facto 7 illd̄ dicit **J**o. an. tenēdū. **H**ost. plus placz iste scdus intellect⁹ vt tres p̄ductōes fiāt in vna dilatōe. ar. ff. d̄ h̄. si. ter enira. vñ ibi l̄ia dicit q̄ nō dixit dilatōez s̄ p̄ ductōez q̄ sūt diuersa. tres s̄ fiet̄ p̄ductōes infra vna3 dilatōez. q̄rta fiet̄ cū solēnitate. q̄nta h̄o nullo mō fiet **E**t d̄r p̄ria cū q̄s colligit testes q̄s p̄t h̄re 7 p̄ntat iudi ci eos. cū h̄o colligit alios 7 eos p̄ntat d̄r scdā 7 sic de t̄ciā. **S**olēt etiā a principio testes p̄ducēdi noiari fm̄ eū q̄ forsan ei n̄ ē possibile sic simplr p̄ntare s̄ p̄ducti ones postmodū debēt fieri de noiatis. 7 v̄l sentire h̄o sti. q̄ infra quālibet dilatōez poterūt fieri tres produ ctōes testiū. **D**o. an. apte nō eligit h̄ videt̄ trāsire cū p̄ intellectu glo. ille tñ intellect⁹ si h̄n iura p̄derent non videt̄ p̄cedere. p̄rio q̄ nō in oī casu p̄cederet. finge ei q̄ ps fuit impedita. j. p̄iaz scdaz 7 t̄ciā dilatōez ita q̄ nullos testes p̄duxit dicem⁹ q̄ nō habeat q̄rta dilati onē nisi cū solēnitate legali: certe falsū ē q̄ frustra tūc iuraret q̄ nō didicerit testificata zc. p̄z ex forma. c. v̄l tra t̄ciā palle. 7 tñ ista vltia l̄ra simplr denegat q̄rta si ne solēnitate legali. s̄ nō debet intelligi in dilatōe. **I**tē intelligēdo tex. i dilatōe sequeret̄ q̄ tres dilatōes sim pliciter 7 sine difficultate possent dari tā in causis eccl efiasticis q̄ in ciuilibz q̄d etiā est falsum. vt p̄z ex. l. oio ne. 7. l. si. ff. de fer. et ex notat̄. in. c. ij. de dilat. vbi vide p̄ glo. 7 ideo credo tex. intelligendum prout iacet. 7 ne dū intra vna dilatiōne sicut sentit h̄ost. s̄ etiā in tota causa nō p̄nt fieri v̄ltra tres p̄ductōes testiū nisi cum

apte sentit Jo. an. in addi. spe. e. ti. §. iā de interrogato-
 rias. qd si vnus testis qd no. Itē no. qd si testes vtrius
 qd p̄t reducūt ad p̄cordiā intelligēdo qd deponāt sup
 diuersis actibz nō solū euitāt piurū s̄ etiā pbāt illos
 diuisos act̄ sup q̄bz p̄sūptiue deponūt ex q̄ sup q̄libet
 actu dat plena pbatio. vt hic apte pbāt dū denūcia-
 tur excōicatōne nō tenuisse p̄pter appellatōez p̄ceden-
 tē. Et q̄ ifert qd si p̄ duos testes pbē qd cōmissi adul-
 teriū in tali loco p̄ alios duos pbē qd in alio loco p̄ba-
 tū ē adulteriū bis fuisse cōmissū. qd apte sentit Jo. an. in
 loco p̄alle. in spe. ¶ No. qd in dubijs sp̄ fieda ē benigni
 terptatio. 7 illa d̄ benignior p̄ quā q̄s euitat penā seu
 delictū. B̄ intellige nisi imineat piculū aie q̄ tūc illa est
 benignior q̄ est tutior aie. vide bo. glo. 7 no. i. c. vno d̄
 scru. facit. c. inuenis de sp̄o. 7 de h̄ aliqd. j. ¶ Cetero ad
 glo. q̄ p̄ colligit ar. p̄ testibz p̄cordiā saltes q̄ ad sen-
 sū si nō p̄t p̄cordari q̄ ad liāz vt h̄ optime pbāt non
 nō em̄ reducūt ad p̄cordiā respectu eiusdē act̄ s̄ respe-
 ctu diuersoz. 7 vide in h̄ bo. glo. in. c. dudū de p̄uer. cō
 in. super h̄. suba. 7 ff. de h̄. ob. l. stipulatio ista. §. bi. q̄.
 S̄ p̄tra h̄ op. vt ei. qd data p̄trarietate testū nō d̄z p̄
 sumi act̄ geminat̄ cū facta nō p̄sumant de of. dele. cū
 in iure. cū sit pot̄stādū melioribz seu plibz testibz. vt i
 c. in nra. j. e. ¶ So. glo. j. in. c. cū p̄rigat. §. de offi. dele. mi
 rabiliter limitat 7 restringit istū tex. q̄n pbatōnes sunt
 oino pares. Si aut̄ alia p̄sb̄ret p̄les vl̄ meliores testes
 tūc p̄cederēt p̄traria. 7 idē ibi sentit Inno. l̄z nō ml̄tū
 firmet. h̄ Bar. seq̄t in. l. ij. §. creditū. ff. si. cer. pe. 7 do.
 Car. h̄. S̄ gl. in. d. c. in nra. sentit p̄riū vt indistincte
 fiat p̄cordia si fieri p̄t s̄ i defectū recurredū ē ad q̄lita-
 tē testū. idē t̄z gl. no. iij. q. ij. si testes. 7 sequit do. an. h̄
 7 h̄ pl̄ mibi placz tū qd l̄a h̄ta loquit̄ indistincte. tū qd
 rō lie ne testes p̄riurij reatu notent̄ sp̄ militat sine te-
 stes alteri p̄tis sint p̄les sine meliores. nō ob. si dicat qd
 actus pluralitas nō p̄sumit̄ vt in p̄trario. fateor em̄ qd
 nō p̄sumit̄ simpliciter alio nō apparēte s̄ h̄ ouit̄ p̄sūptio
 ex pbatōibz facti. 7 p̄ h̄ tex. ibi qd vtrūq̄ eē potuit zc.
 7 ad h̄ ego allego tex. no. in. c. cū Joānes de fi. instr. ibi
 em̄ pbatōes erāt ineq̄les 7 nihilomin̄ facta fuisset cō-
 cordia p̄ geminationē act̄ nisi p̄ cōfessionē p̄tis p̄stitit̄
 sent de ipius vnitatē vt ibi p̄t̄z expresse. Ex his habes
 vnū modū reducēdi testes ad cōcordiā. sunt 7 alij mo-
 di n̄ ita difficiles. puta intelligēdo vnū testē p̄rie 7 alij
 improprie. vt qd vnus deponat de possessione alī de de-
 tēctione. intelligit̄ em̄ qd ille deponat sup possessionē im-
 proprie dicta. i. sup detēctione. vt no. in. d. §. bi. q̄. 7 fac
 optime. c. cū dilectus de cōsue. Quis fit cōcordia ex-
 imēdo p̄tē a toto. exēplū in. l. j. §. §. 7 bi. ff. de bis q̄ d̄ ie.
 vel effu. Quis p̄ repetitōez. exēplū titi de posuit sem-
 proniū eē debitorē martini in cētū. interrogat̄ quō scit.
 r̄ndit qd tali die p̄misit qnquagita 7 tali die cētū intel-
 ligit̄ em̄ ne sit sibi cōtrariū qd p̄misit sibi centū repeti-
 tis illis qnq̄ginta 7 sic de silibz. 7 vide bar. in. l. ij. §. cre-
 ditū. ff. si. cer. pe. 7 aliqd in. l. labeo. ff. d̄ sup. lega. ¶ S̄
 nūc quero vtrū h̄ p̄cordia maxie p̄ geminatōez act̄ sit
 fienda circa testes vni p̄tis t̄m si adinuicē discōrdant.
 die qd sic vt apte sentit glo. in. d. c. in nra. 7. iij. q. ij. si te-
 stes 7 aptus in. d. c. nihilominus. ij. q. ix. que notabili-
 ter dicit qd illi duo testes qd deponuerūt p̄tra susannaz
 7 disc̄reparūt in loco fuissent reducti ad p̄cordiā p̄su-
 mēdo geminatōez actus nisi deponuissent de eadē bo-
 ra ita qd nō potuissent fieri in diuisis locis. idē vult aper-
 te Jo. an. in addi. p̄alle. vbi dicit qd si volo pbare m̄i-
 moniū p̄tractū induxi duos testes 7 vnus dixit qd fuit cō-
 tractū in vno loco alius dicit qd in alio. est p̄sumptō qd
 deponāt de diuerso cōtractu ne piurij reatu notent̄ fa-
 cit qd. s̄ dixi vt intelligat̄ dictū vni p̄rie 7 dictū alte-
 rius improprie. 7 no. in. d. §. bi. q̄. Itē sp̄ subest rō h̄ u-
 ins l̄re. 7 idē credo in p̄ri uilegijs 7 instrumentis ab eadē
 p̄te p̄ductis h̄ Jo. an. aliud hic dicat. p. l. sc̄pture. C. d̄

fi. instr. ¶ Sed certe p̄missi ē veni ex q̄ p̄nt ad cōcor-
 diā reduci. vt et̄ apte in. c. inē dilectos. de fi. instr. 7
 t̄z. do. an. h̄. 7 ad. l. sc̄pture. 7 ad. c. imputari. j. de fi. instr.
 dic̄ qd loquit̄ in apta repugnātia. facit. c. nihil ob. j. de
 h̄. si. idē dic̄ de dicto vni testis vt reducat̄ ad p̄cordi-
 am. si fieri p̄t p̄ rōne b̄ni p̄lie vt fiat benigna int̄p̄ta-
 tio 7 vt piurij reatu nō notēt̄. Et sentit gl. p̄all. 7 bar.
 in. d. l. labeo. facit gl. in. d. §. bi. q̄. ¶ Adute t̄m ad vnū
 notabile qd h̄ fiat p̄cordia int̄ testes vni p̄tis 7 alteri
 nō t̄m fit int̄ dictū testū 7 p̄fessionē p̄ducētis. vñ si di-
 cta testū sūt nimis gnālia necessario nō cōcludētia intē-
 tū p̄tis p̄ducētis t̄m nō fit reductio ad cōfessionē p̄tis
 qd p̄s nō potuit in suū fauorē cōfiteri. xij. q. ij. in p̄in.
 Ita dicit Inno. in. c. cū cōtingat de of. dele. 7 seq̄t bar.
 in. d. l. ij. §. creditum ad h̄ ego allego tex. no. in. c. i. p̄e-
 sentia de p̄ba. dico t̄m qd cū p̄fessioe p̄tis aduerse i bis
 i q̄bz potuit sibi p̄iudicare b̄n fit cōcordia vt apte pro-
 bat̄ in. c. cū ioannes p̄al. ¶ Sed ē notabile dubiū nun-
 qd testes p̄ geminatōez act̄ reducant̄ ad cōcordiā eē
 vt pbent an vt euitēt t̄m piurij. Glo. h̄ in h̄. itē est h̄
 ar. videt̄ sentire qd nō. colligit em̄ argu. ex tex. f. qd du-
 bia pbatio nō p̄dest ei qd eā induxit. 7 certe h̄ dictū p̄
 cedit respectu archiep̄i s̄ respectu canonicoz h̄ glo. ē
 p̄tra tex. cū p̄ suā pbatōez 7 int̄p̄tatōez qd fit p̄nūci-
 ent̄ nō excōicati 7 sic obtinēt int̄tōz suā. S̄ forte gl.
 h̄uit respectū ad eū qd stat p̄ actu cui incūbit necessitas
 pbandi. ¶ R̄ glo. intelligit̄ istū tex. vt p̄t̄z ex sequētibz
 qd archiep̄s erat actor. vñ sua pbatio tanq̄ dubia nō
 sibi p̄fuit. ¶ S̄ adute qd qd senserit glo. in h̄ sūt du-
 bitatōes maxie p̄p̄ dicta legistaz. i. d. §. creditū. 7 do.
 an. ml̄tū hic instat s̄ breuiter puto sic dicēdū qd aut per
 reductōez testū ad diuersitatē actū nō remanet inte-
 gra pbatio sup q̄libz actu. 7 tūc fit reductio nō vt p̄-
 bēt s̄ vt euitēt piurij. vt no. Jo. an. in addi. spe. p̄alle. 7
 Fed. p̄. l. xij. exēplū q̄n testes remanēt singlares. ad h̄
 c. l̄z de p̄ba. 7 c. cū dilecti. de elec. vt. s̄. dixi. aut remanz
 integra pbatio sup q̄libz actu. 7 tūc si ē certa 7 clara p̄-
 batio sup q̄libet actu fit reductio etiā vt pbēt tex. ē h̄
 7 sentit Jo. an. in p̄dicta addi. Si h̄o pbatio ē equo-
 ca seu necessario nō cōcludēs int̄tū p̄ducētis. 7 tūc nō
 pbat ad h̄. c. in p̄ntia. s̄. de p̄ba. 7 optie pbat̄ in. c. inē
 dilectos p̄alle. §. ceter. vbi p̄ri uilegiū qd videbat̄ cō-
 trariū fuit reductū ad cōcordiā n̄ t̄m in aliq̄ p̄fuit p̄du-
 cētī rōne p̄dicta. idē dic̄ in testibz eadē rōne. 7 p̄ h̄ b̄es
 h̄ac materiā clare expeditā. ¶ Alteri gl. ista colligit
 argu. qd in dubijs p̄ reo indicari p̄suevit. 7 ex h̄ sentit
 vt p̄dixi archiep̄m h̄ fuisse actorē qd p̄uocauerit ad in-
 dicū petēdo suā sniaz cōfirmari vl̄ aliqd̄ s̄ife. 7 h̄ pl̄z
 glo. h̄ h̄ ost. d̄ dicit̄ dices se h̄re noticiā facti. f. qd cano-
 nici p̄uocauerūt sup iniusta excōicatōe s̄ ego qd ad in-
 tellectū hui. c. nullā vim in h̄ facerē. nā vt p̄t̄z p̄ predi-
 cta in q̄libet intellectu p̄cederet d̄spositio. hui. c. nec
 papa fundat se super fauore rei s̄ ne testes reatu piur-
 rij notent̄. Canonici obtinuerūt h̄ nō qd essent rei vel
 actores s̄ qd patuit excōicatōez latā p̄ appellatōnem.
 ¶ S̄ opp. nūc p̄tra p̄dicta 7 p̄ tex. 7 vt qd indubio pa-
 pa potius debuit int̄p̄tari hos excōicatos qd illa p̄s
 erat tutior p̄pter piculū aie euitandū. ¶ H̄. hic in vltima
 sui p̄te instat ml̄tū 7 p̄cludit hoc fuisse factū ne testes
 reatu piurij notarent̄. excōicatis em̄ p̄t̄z p̄uideri im-
 pendēdo eis postmodū absolntōez ad cautelā. bec so.
 glo. impugnat p̄ doc. qd eodē mō enasissent piurij si p̄-
 nunciatū fuisset bis snia tū 7 semel appellatū. quare s̄ p̄
 sūpsit potius bis appellatū 7 semel sentētiatū q̄ econē
 Jo. an. soluit duobus modis qd forte cōstitit bis appel-
 latū. 7 sic papa arbitratus ē vnā p̄cessisse sniaz aliā fuis-
 se secutā. vl̄ sc̄do cōi solēt p̄tes iterare appellatōez qd
 iudices sniaz idē zc. vt in regla inspiciū in obscuris qd
as p̄batōes seu cōiecturas pōt p̄bari mutata. **Mo.** ibi
more illaz q̄ panes zc. q̄ p̄sumptio surgēs ex signo tol-
litur si p̄bat illud signū equocū ad plura. **Ex** quo collig-
it q̄ signū equocū ad plura nec p̄bat: nec p̄cise p̄sum-
ptionē facit. p̄ altero tū. facit. c. in p̄ntia. de p̄ba. **Con-**
trario h̄o signū ad certū quid restrictū p̄bat vel saltem
p̄sumptōem magnā facit de signato. facit. c. dilecto. de
p̄ben. **Item** ex hoc. 7 ex tex. no. q̄ delatio anulī in muli-
ere alio nō p̄bato est signū m̄rimoniū. p̄ hoc. xxx. q. v. fe-
mine. vbi ponit tex. q̄re vxorū datur anulusa marito: 7
q̄re ponit in q̄rto digito. **Mo.** in h̄bo verū. q̄ in p̄ba-
tione matrimonij vbi vere p̄batōes non sunt p̄re ceteris
attendēda est fama vicinie. 7 sic habes casum in quo fa-
ma pluriū valet. **Mo.** ibi in lecto 7 in mensa zc. duo si-
gna ad p̄sumendū m̄rimoniū inter virū 7 mulierē. vt q̄
vir tenet eaz in lecto 7 in mensa vt vxorē. **Ex** quo infert

do. **An.** q̄ si maritus tenet vxorēz extra lectū suū 7 men-
sam nō tractat eam vt vxorē. 7 posset vxor virū p̄stin-
gere vt eam in p̄dictis 7 alijs tractet vt vxorē: q̄d no. et
adduco. c. ex p̄te. de spon. 7 q̄d no. in. c. ij. de p̄u. le. 7 vi-
de glo. in. c. manifestū. xxxij. q. v. q̄ vult vxorē non pos-
se inuito marito vonere vt iaceat de nocte cūz camisia:
q̄d nō cēt si vxor nō teneret secū iacere. 7 si tenet vxor
ergo 7 maritus cū quo ad carnale debitū nō iudicentur
ad imparia in. c. gaudemus. de dinor. 7 facit descriptio
matrimonij que sequit in l̄ra: ibi indiuiduā vite cōsuetu
dinem retinens zc. **Mo.** ibi seruiat affectu p̄iugali. q̄
vxor tenet seruire marito. 7 alibi dicit tex. q̄ est pene fa-
mula viri. vt in. c. hec imago. xxxij. q. v. **Sed** tu ponde-
ra l̄ram que q̄lificat hoc seruitū. vt. s. debeat seruire af-
fectu cōiugali. 7 sic non sumit simplr. **Ad** q̄ aut teneat
vxor: vide q̄d satis dixi in. c. l̄ras. de resti. spo. **Anteq̄**
glo. iuxta ordinē attingā expedias intellectū. c. **Quero**
igit p̄ q̄ p̄bat hic matrimoniu cū fiat mētio de instru-
mento donat. p̄pter nuptias in quo nomiabant se cō-
iuges. **Item** de delatiōe anulī: 7 papa r̄ndet q̄ in talibz
fama vicinie magis debet attendi. 7 pōdera h̄bū magz
q̄si sola fama nō sufficiat. **So.** glo. n̄ra tangit intellectū
hui^o. c. in. v. locis. p̄ in h̄. nomiatiōez. 7 in h̄. donatōez. 7
in h̄. si fama. 7 in h̄. vxorē. 7 in h̄. p̄sertiz. sed nullibi iudi-
cio meo declarat p̄fecte intellectū hui^o. c. **Q̄am** in h̄. no-
minatōem solū dicit q̄ nomiatiō p̄sumptōem inducit:
sed nō p̄batōem. In h̄. donatiōe dicit q̄ instrumētūz
donatōis p̄pter nuptias inducebat p̄sumptōem: s̄ non
plene p̄batat. q̄ nō fuit factū sup m̄rimonio p̄. l. neq̄ si
ne nuptijs. C. de nup. In h̄. si famā dicit q̄ fama per se
plene non p̄bat: sed cū alijs adminiculis seu p̄sumptio-
nibus valet. q̄ q̄ nō p̄sunt singula zc. sed non exprimit
q̄lia debēt esse alia adminicula seu p̄sumptōes. In h̄.
vxorē dicit q̄ sola cobabitatio nō p̄bat m̄rimoniū. In
h̄. p̄sertim dicit q̄ fama cū alijs sufficit hic etiā sine illo
instrumēto: s̄ nō dicit cū quibz alijs. forte habuit respec-
tum ad cobabitatiōem 7 delationez anulī. **Alia** em̄ hic
non allegabant p̄ter instrumētū. **Nomiatio** h̄o h̄ nō
p̄bat exempla instrumētū. 7 videt glosator: magis in
ista glo. q̄ in q̄libet alia animū suū exprimere. s̄ certe si
hunc intellectū habuit nō recte sensit. p̄ q̄: hec lec. non
p̄gruit l̄re q̄ lz ponat in fi. h̄bz p̄sertim. nō tū p̄ h̄ intē-
dit excludere totalr. p̄bationē instrumētū. s̄ inuit q̄ tūc
maxime est attendendū si fuit p̄fectū ab eo q̄ suū officiu
p̄suevit diligēter exercere. **Item** nō videt vera in se vt
sola cobabitatio cū fama sufficiat. q̄ ex hoc sequeretur
q̄ sola fama p̄ se sufficeret cū cobabitatio nihil probet.
Item essent p̄batōes nimis fragiles ad tantū negociūz
p̄bandū. 7 nullibi hic p̄bat: imo vt dixi h̄ l̄ra in fi. annū-
it p̄rius cū ponderat instrumētū. 7 hoc ad primū intelle-
ctum que sentit glo. **Sz** eam saluādo posset dici q̄ pō-
derauit vltra famā cobabitatōez: diutinā nomiatiōez:
cōiugalē delationē anulī. 7 hec satis vident sufficere si-
ne alio instrumēto: vt ex. j. dicēdis patebit. **Secūdus**
intellect^o colligit ex dictis **Inn.** q̄ dicit q̄ lz fama pluri-
mūz adiunct: tū p̄ eam nō adiudicaret matrimoniu: s̄
p̄pter instrumētū quo p̄tinet donatio p̄pter nuptias
in quo sese cōiuges nomiabant. **Donatio** em̄ p̄pter nu-
ptias locū nō h̄z nisi vbi est m̄rimoniū. j. de do. post di-
nor. resti. et si necesse. **Nec** ob. q̄ obijciebat instrumētū
i fraudē p̄ceptū. q̄ hoc nō p̄batat nec p̄sumebat ex q̄
notari^o p̄suevit suū officiu fidelr exercere. hoc tū limi-
tat fm̄ alios 7 h̄ fm̄ eū vt instrumētū dotis 7 donatōis
p̄pter nuptias p̄bet matrimoniu si nō agit de p̄iudicio
alter^o matrimonij: als sec^o cū h̄ba sunt necessaria ad con-
tractū matrimonij exp̄mētia p̄sensum de p̄nti. j. de spon-
tue. **Examinem^o** p̄ h̄ūc intellectū anteq̄ descendam^o
ad alios. **Hosti.** dicit q̄ p̄ solū instrumētū dotis v^l do-
natōis. p̄pter nuptias nō p̄bat matrimoniu etiā si no-
minat^o se ibi p̄iuges. allegat. l. neq̄ sine nuptijs. quam

allegat hic glo. q̄ quidē in hoc tenuit idēz qd̄ do. An. h̄
 nō ob. l. optimā. C. d. 3. 7 cō. sup. vbi d̄ q̄ si i stipulatōe
 d̄ q̄ seruū titij fuit stipulatōe. q̄ per hec vba enūciati
 na ex quo sunt necessaria ad stipulatōis actū. pbat̄ illuz
 esse seruū titij. nam fm̄ cū illa vba enūciatiua. pbat̄ enū
 ciatū solū quo ad. pbandū actū de quo principalr̄ agit:
 cum act⁹ nō possit subsistere sine enūciato. sec⁹ si simplr̄
 de enūciato ageret. vñ ibi. pbat̄ q̄ sit seruus p̄ illa vba
 enūciatiua quo ad validitatē stipulatōis cū sine h̄ non
 valeret stipulatio. secus si ageret de seruitute ad aliū ef
 fectū. vt hic. 7 dicit q̄ h̄ est solēnis limitatio ad illam. l.
 optimā. **S** certe ego allego gl. in x. 7 seruū. que apte
 hoc vult. 7 sic itelligit 7 restringit illā. l. p. l. cū aliq̄s. C.
 de iure deli. vbi videt hoc pbat̄. **S** aduerte q̄ bal.
 in aut. siq̄s in aliquo documēto. C. de eden. referens di
 ctū Inno. hic dicit q̄ tex. sing. videt in oppositū i aut.
 vt fra. fi. §. illud quoq̄. iuxta p̄n. vbi dicit aperte. pbari
 q̄ p̄ instrumentū donatōis p̄pter nuptias in sinuatū. p̄
 batur m̄rimoniū. h̄ ipse reducit ad p̄cordiā q̄ in p̄iudiciū
 partū inf̄ quas p̄ficiat instrumentū. pbat̄ tale in
 strumentū m̄rimoniū: vt in p̄all. aut. sed in p̄iudiciū ali
 orūz nō. 7 sic p̄cedat dictū Inno. sed certe hoc voluit i li
 mitatōe quā postea fecit. 7 h̄ac opi. bal. videt sequi do.
 Car. hic. **S** bec opi. nunq̄ mibi placuit: imo de dire
 cto p̄ eam videt tex. hic quē isti reuerētia eoz salua nō
 vident p̄derasse. nam hic nō agebat de p̄iudicio alte
 rius m̄rimoniū. 7 cōcurrerat nō solū tale instrumentū: s̄
 etiā diutina cohabitatio 7 anulū delatio: 7 tū papa non
 fuit p̄tens his pbatōibz. h̄ dixit attendendā etiā famā
 vicinie. si em̄ simplr̄ p̄ tale instrumentū. pbarēt m̄rimoni
 um papa m̄adasset absq̄ alia. pbatōe illā cogi. **I**tez i fi.
 tex. apte inuit q̄ tale instrumentū solū adminiculetur:
 p̄sertim si est p̄fectū ab eo q̄ officū suū diligētē exerce
 bat. nec valet si dicatur q̄ instrumentū hoc erat vicio
 sum. q̄ hoc fuit falsuz. fuit em̄ allegatio p̄tis vt. s̄. diri.
Si em̄ fuisz vtz nō p̄stitisset adminicula: nec fama ali
 qd̄. pbarēt cū p̄sumeret orta ex falso instrumento 7 re
 probato. vt le. 7 no. in fili in. c. inter dilectos. d. fi. instru.
 vñ rōne fraudis adhibite fuisset p̄sumptū p̄tra m̄rimo
 niū: qd̄ tū nō fuit vt hic p̄tz. 7 q̄ de iure nō p̄bet cum
 principalr̄ agit de m̄rimoniō est tex. iuncta gl. ij. in. d. l. ne
 q̄ sine nuptijs. 7 in. d. l. cū aliq̄s. iuncta gl. in. d. l. optimā.
Ad aut. vt fra. fi. r̄ideo q̄ nō pbat̄ id ad qd̄ inducit: si
 bñ ponderet. ibi em̄ solū. pbat̄ m̄rimoniū quo ad dona
 tionē p̄pter nuptias. 7 sic respectu ei⁹ qd̄ principalit̄ cō
 tinet in instrumentō. 7 hoc negat nemo cū tex. sit in. d. l.
 optimā. 7. d. l. cū aliq̄s. non aut. pbat̄ ibi m̄rimoniū p̄i
 cipaliter cū nō ageret ibi de m̄rimoniō. **E**t q̄ hoc sit de
 mēte ill⁹ tex. p̄ p̄tz ex rubro ill⁹ aut. nam ibi tractat so
 lūmodo de modo insinuādi donatōes 7 ipas cōsequen
 di soluto m̄rimoniō. vñ in rubro nō ponit de modo pro
 bandi m̄rimoniū. h̄ pot⁹ ponit in aut. quō na. eff. le. §.
 qm̄. 7 nigrū d̄z cōuenire rubro. vt no. in. c. tibi q̄. de re
 scrip. li. vj. 7 in. c. si sup̄ grā. de of. dele. e. l. **I**tez hic p̄tz
 ex p̄ncipio. §. illud quoq̄. de cui⁹ mente videt q̄ mens
 impatoris fuit ibi p̄sulere 7 p̄uidere mulieribz ne instru
 mentis p̄fectis sup̄ donatōe. p̄pter nuptias p̄ditis muli
 er nō valeat p̄sequi donatiōem. p̄pter nuptias patz em̄
 ibi ex. §. se. vñ ibi. pbat̄ m̄rimoniū quo ad hoc vt possēt
 p̄sequi donatiōem soluto m̄rimoniō seu ad aliū effectum
 dū agit de ipsa donatōe. si em̄ ibi ageret p̄cipalr̄ d̄ ma
 trimō: o impator nō p̄sulisset mulieribz vt facerēt insi
 nuari instrumenta donat̄. h̄ potius vt facerent recipi te
 stes q̄ interfuerūt ad p̄petuā rei memoriā. vt in. c. signi
 ficauit. 7 in. c. albericus. de testi. **T**erciuū intellectū sen
 sit idem Inno. q̄ dicit hic esse notandū diligētē q̄ si ali
 quis petit aliquā in vxore 7 pbat̄ q̄ p. x. ānos simul co
 habitauerūt. 7 fama vicinie h̄z q̄ eaz tenuit vt vxorem
 obtinebit. nulla em̄ eque. pbatō est ita bona in his sicut
 fama vicinie. 7 hoc dicit for⁹. p̄cedere si agatur possēt

forio ad restitutōem possessiōis vxoris. vult em̄ in effe
 ctu q̄ tam respectu possessiōis q̄ petitiōis sufficiat. pba
 re duo. s̄. cohabitatiōem p̄ decenniū: 7 famā vicinie q̄ eā
 tenebat vt vxorē. 7 p̄ idētatēz ratōis. **I**dem putat di
 cendū in matrimōio sp̄iali. q̄ si diu quis stetit i aliqua
 ecclesia vt clericus vel vt rector. pbat̄ p̄ famā vicinie
 q̄ ita sit q̄ non solum iudicabit p̄ eo in possessiōis: s̄
 etiā in petitiōis. ar. s̄. e. quia verisile. **E**t si contrariū
 diceret: sequerēt magna absurditas q̄ oporteret sem
 per quoscūq̄ habere paratas pbatōes de sua canonica
 institutiōe. sed ab hoc intellectu recedit finaliter Inno.
 dicens hanc absurditatē admittendā ne sequat̄ maior
 absurditas. nam sequerēt fm̄ predicta q̄ si quis proba
 ret se domū vel possessiōem aliquam tanq̄ suam aliquā
 to tempe possedisse 7 super hoc habere famam vicinie
 obtineret etiā in petitiōis: qd̄ constat om̄ino falsum
 esse fm̄ eum: cuz habet necesse legitimū titulum proba
 re atq̄ dominiū. l. in rem. ff. de rei vendi. 7. C. e. l. fi. qua
 re cōcludit q̄ petenti ecclesiā vel mulierē non sufficit. p̄
 bare possessiōem vel administratiōem etiā cuz fama vi
 cinie: nisi 7 aliud probet. alioqn̄ is qui impetit̄ absolue
 tur. C. de pbat̄. actor. **H**osti. circa hoc multum instat. 7
 cōclusio sua est q̄ hoc vltimuz dictum Inno. p̄cedere
 potest in domo possessiōe 7 h̄mōi rebus. p̄phanis. sed in
 ecclesia 7 vxore. p̄cedat primū dictum. **R**atio diuersita
 tis possēt reddi fm̄ euz. quia in rebus p̄uatis iudices 7
 superiores non solēt inquirere q̄le ius habeāt in illis pos
 sessiōis: imo q̄nq̄. p̄prij dñi negligunt. sed in ecclesia et
 vxore aliud est. nam iudices ecclīastici solēt de his ex of
 ficio inquirere: nec cōsanguinei solent pati vt eoz con
 sanguinea teneat vt cōcubina saltem a pari vel inferi
 ori. ar. de re iudi. cōsanguinei. nec subditi solent ei q̄ nō
 habet titulū libenter obedire. idōq̄ dicit q̄ ex sola pos
 sessiōe tempaliū possessiōis etiā cū fama vicinie nō
 potest ita p̄sumi p̄o possessore sicut in ecclesia 7 vxore.
 in illis nempe verisile est q̄ si quis ecclesiāz vt rector vel
 mulierēz vt maritus longo tempe tenuerit in ea ins ha
 beat. **D**icit tandem in talibz distinguēduz vtrū factum
 sit oino recens satis. 7 in hoc casu habet locū dicta In
 no. 7 qd̄ statim dicā fm̄ eū. vel sic antiquū nimis 7 p̄ce
 dit dictū Host. s̄. recitatū. **Q** aut in hoc casu dicat̄ sa
 tis recens vel antiquū arbitrio boni iudicis fm̄ varias
 circūstantias dicit relinquēduz. ar. in. c. de causis. de of.
 dele. et remittit ad id quod de tribus et. x. ānis nō. in. l. si
 filius. in. j. glo. C. de peti. here. dicit tū q̄ q̄uis p̄sumit
 p̄o illo qui diu ecclīam possedit: si tū cōstaret de intru
 sione vel alio vicioso ingressu om̄ino poterit remoueri
 ad hoc qd̄ le. 7 no. in. c. dilecto. de p̄ben. **I**n alia parte
 tex. dicit Host. q̄ fama cum his duobus q̄ in eodē pa
 rapside vel in casu secum comedit sicut vxores induit
 ad ecclesiāz mittit i loco suo recipit matrimōiū p̄sum
 ptum inducūt. **Q**uādo h̄o tenet illam vt ancillā vestit
 vilibus vestibus: mittit ad aquam: lectum habet sepa
 tum ad quem declinat quādo placet non. ipsa h̄o ad su
 um venit tunc p̄sumitur stuprūz. xxx. q. v. aliter. 7 fm̄
 hoc dicit q̄ magis qd̄ ponitur in tex. stat cōpative. cuz
 enim in his multum operetur fama. s̄. c. p̄oxi. vult hic
 tex. eam magis. i. p̄e ceteris considerandā. quasi di. fm̄
 em̄ euidenti⁹ est hec probatio q̄ probatio instrumē
 ti: q̄uis 7 illud coadiunget: vt in fi. 7 videtur Host. vel
 le predicta p̄cedere etiā in facto recenti. sed maxi
 me dicit. p̄cedere in facto antiquo. **E**t his dictis ego
 colligo quartum intellectum q̄ fama vicinie super ma
 trimonio cum predictis adminiculis probat matrimo
 niū. **Q** autem hic dicitur de instrumento non est ne
 cessariuz. quia ponderat tanq̄ adminiculans. vnde suf
 ficiunt adminicula alia predicta loco huius. et sic decla
 rat Hugo quartū intellectū. **D**o. An. dicit q̄ si pro
 bant̄ hec copulatiue. s̄. q̄ eam tractauit in actibus par
 ticularibus vt vxorem. 7 q̄ hoc habeat p̄munis opinia

De presumpōibus.

7 fama vicinie indubitāter pcedit dictū Hosti. sed ista ista pbat plus fm eū: videlz q si sola fama vicinie bz B q cas tractauerat vt vxore in picularibz pportionali bus vxori q pcludit mrimoniū psumptuz qd dicit nō. 7 hoc dicit satis pcedere qn tractat fuit lōgi tps vt de cennij: vt pbat ista. 7 sic dicit hic casuz in quo fama ob tinct locū plene pbatōis. q: pbat tractatū in piculari bus ad mrimoniū 7 tractat pbat mrimoniū. hec sunt verba sua formalia. **Ex** quibz pōt elici qntus intellectus pfecto hic intellectus nullo modo est verus si intelligit q sola fama etiaz de picularibz actibz pportionalibz mrimonio pbat ipm mrimoniū vt verba sua sonare vi dent. nam vt. s. dixi tex. reqrit famā pre ceteris: nō autē q sola fama pbat: vt ipsemet do. An. videtur velle hic i alio mēbro. bñ autē pbat hec ista q fama pre ceteris va let nō solū qn est de mrimonio: s etia si est de actibz par ticularibz pportionalibz mrimonio. requirunt tamē alia adminicula vt hic erant: de quibz. s. 7 sic habes di cta alioz ordinata q hic puse p alios recitant. **Ego** vi co sic q aut querit nūquid sola noiatio. i. q noiabāt se piuges. pbat mrimoniū: 7 dico q nō siue noiatio sit fa cta in instrumēto: vt hic inducēdo vt. s. siue sit facta ore pprio. q: sepe fornicatores siue adulteri ad pallianduz delictū appellāt se piuges. vt no. Inno. in. c. ex pte. d re sti. spo. 7 videt pbari in. l. nō nudis. 7 in. l. nō eplis. C. B pbat. **Aut** querit nūquid sola cohabitatio sufficiat. 7 dicendū etiaz q nō: vt hic. 7 in. d. c. aliter. xxx. q. v. **Aut** querit de instrumēto pfecto sup vote vel donatōe. pp nuptias. 7 dicendū q plene non pbat vt hic. 7. s. plene dixi. **Idem** dicendū de sola fama. q: illa regulariter nō pbat ea q sunt grauis piudicij. vt. s. dixi 7 plene i. c. ve niens. j. s. de testi. qd pbat hic inducēdo vt. s. **Aut** pba tur fama vicinie 7 tractat mrimoniales. i. q eam tene bat 7 tractabat in oibus vt vxore. **Hosti.** 7 do. **An.** vi cunt s sufficere: qnimo do. **An.** videt hoc p indubita to habere: vt ptz ex pdictis. **Ego** puto ista sola nō suf ficere i facto recēti. q: fama plene nō pbat. **Illa** xō ad minicula cōcernūt potius possessionē q prietatem. 7 mrimoniū debet vere pbari cum nō sit venisile q fuerit clādestinū. facit. c. ex trāmissa. et. c. ex pte. de resti. spoli. **Rec** iste pbatōes fame 7 tractatus admittunt in facto pprio. q: pbatōes debēt esse clare ex quo factū sui natu ra est. pbabile. vt no. Inno. in. c. venies de x. sig. li. vj. fa cit. c. in pntia. de pba. nam 7 dñiuz rei pphane vbi non agit de tanto piudicio nō pbat p famā. et bñ dō act vt dixi post do. de ro. in. c. cū ad sedē. de resti. spo. 7 sequit ibi do. **An.** forti nō d3 sufficere in casu nostro: vbi agit de maximo piudicio. ar. c. vbi piculuz. de elect. li. vj. nō ob. iste tex. q: vltra famaz hic erat diutina cohabitatio scz. x. annoz. 7 instrumentū donatōis ppter nuptias et anuli delatio. **Et** qsqz mulier niteret has psumptōes infringere: nō tñ pbauit. 7 idē puto 7 fortius in mrimo nio spūali: vt illa duo sola nō sufficiāt: psertim cum fa ma facile ouit ex possessionē: 7 plati bodie sunt multū ne gligentes ad inquirendū. 7 sic sto cū Inno. nisi alia ad minicula pcurrāt. **Unde** dico ponēdo verū intellectuz huius. c. q solū pbat q diutina cohabitatio: puta. x. āno rum cū fama nō solū de matrimōio: sed etia de tractati bus matrimōialibz vnaqz alijs adminiculis plene pbat mrimoniū. nec curo an cōcurrat instrumentū totale vel nō. q: hic ponderat tanqz adminiculās. nec multū pfi deratur vt ptz in tex. in x. psertim. **Et** sic idem dico si cesset instrumentū 7 succedat aliud adminiculū. ar. in. c. cum causam. de pba. 7 p B puto q si pbant diutina co habitatio 7 fama de mrimonio ac p testes pbent actus pculares mrimonij. puta q: eas in lecto tabula seu mē sa 7 alijs cōmunibz tractabat vt vxore. q satis pbat ma trimoniū absqz alijs adminiculis. 7 sic pbatō actū pti culariū succedat loco instrumēti de quo hic. naz hic nō pbabant vere illi actus pculares: s solū p famā: meri

to ponderat etiā adminiculū instrumēti. 7 idē dicendū in filio admiculis. 7 p B habes clarū intellectū huius. c. **Sed** circa pdicta qro quid siqs petit aliquā in vxore 7 nihil pbat de fama: s soluz p duos vel tres testes pbat q vir cū muliere iacuit 7 stetit volēs vt intendēs querere possessionē iuris vt vinculi mrimōialis: 7 mulier hoc idē sciebat 7 intēdebat q vir: **Inno.** dicit q in ter tales iudicabit mrimoniū. 7 si spoliatio interuenit est restitutio fieda. et qsqz Inno. hic dixerit sub dubio forte Hosti. tñ oino purat hoc sufficere quo ad pbatōnem veritatis mrimonij dūmodo habeat intentiōem ipam 7 ex pserint corā testibus: als nō pdeset volūtas mēte retēta. l. si repetēdi. C. de pdi. ob can. nec testes pos sent sup ea deponere. q: nō possunt diuare. in. c. vt no strū. vt ec. bene. nec possunt deponere nisi de his q in eo rum pntia gesta sunt. ij. q. ix. testes. **Ex** his infertur q mrimoniū pōt pbi sine verbis etiā inter eos q dari possunt. 7 ex illa. q. dependet ista. ideo de hac remitto te ad ea q no. in. c. tue. de spon. **Op.** veniēdo ad glo. 7 videt q huic mulieri cōpetebat alia exceptio vltra enumera tas in tex. videlz q vir erat seruus. vt in. c. pposuit. de cō ing. ser. **So.** pñū pcederet si ignozāter habitasset cū eo sed hic sciebat illū esse seruū: 7 sic nō obstat pñū. vt i. c. pposuit. 7 in. c. fi. e. ti. 7 hoc voluit i effectu gl. j. **Op.** secūdo p tex. 7 videt q iste seruus nō poterat istā mulierem vendicare. q: rei vēdicatio ppetit dño rei ratōne dñij. l. in rem. ff. de rei vēdi. sed maritus nō bz dñiuz in vxore. tuz q: est libera. tuz q: dicit socia huane 7 diuie domus. ff. de ritu nup. l. j. no. glo. xxvij. q. ij. in prin. facit xxvij. q. v. c. fi. **So.** glo. ij. metu pñij vt arbitro: exponit v. vēdicās. i. eam petit in suā vxore: q si sentiat q non pprie vēdicabat. **Inno.** capst illud x. bñ pprie: dicens q maritus vēdicat vxore nō pprie simpliciter: s adie cta causa de iure canōico: sicut filius petit p rei vēdicatōem adiecta causa de iure quiritū. i. romanor. **Aduer** te respectu filij. vide glo. satis plenā in. c. ij. de cōner. in fi. **Respectu** vxoris vide Jo. an. in addi. spe. sup. qui si. sint le. vbi post **Roff.** dicit q mulier nō est in potesta te viri iure romano: s in officio. vt. l. assiduis. C. qui po. in pig. ha. 7 sic nō vēdicat eam pprie: sed agit interdi cto de vxore exhibēda si ab alio detinet: vt p vtile in d dictū de libero hoie exhibēdo si ab alio nō detinet. si au tem sui pstrouersā vxor facit petit officio iudicis. C. de insti. 7 substi. l. repēdēda. **Dicit** etiaz ibi Jo. an. q of ficium iudicis sup reintegratōe possessionis matrimōij potest implorari etiā in foro seculari dūmodo non di sputet de titulo matrimōiali seu de substātia viculi qd idem est: omni tñ casu potest agi corā iudice eccliastico. vt in. c. nō est. j. de spon. **Si** autē vxor esset in potestate viri vt est iure lombardor bene posset vēdicari fm eū. 7 sic cum eo trāsit simpliciter do. **An.** vide vt clāp ha beas hāc materiā rei vēdicatio pprie non ppetit nisi ci q acqsiuit dñiū de inregentiū aut iure ciuili. vt dic tex. in. d. l. in rem. in prin. ff. de rei vēdi. vnde liberas perso nas per hāc actōem vēdicare nō possum? l3 sint in po testate nostra nisi adiecta cum illius iuris quo sunt i po testate nostra. nam per adiectōem illius cause restringi tur vēdicatio vt non denotet simplr dñiuz: sed pote statem cōpetentē iure expresso. vnde potest pater ven dicare filiū adiecto iure romanor. quia illo iure fuit in troducta patria potestas. insti. de pa. po. §. ius. **Eodem** modo potest abbas vēdicare monachū suuz 7 platus clericū suuz adiecta causa de iure canōico: sicut ciuitas vēdicat ciuem suū adiecta causa de iure ciuili. l. d iure. ff. ad muni. 7 sic de simili. hoc le. 7 no. in. l. j. §. p hanc. ff. de rei ven. **Ad** ppositū ergo inferēdo si vxor esset in po testate mariti aliquo iure tūc posset vēdicari adiecta causa illius iuris. **De** iure autem ciuili nō est in potesta te mariti: sed sui patris si vxor non est emācipata nisi q ad debitū carnis 7 quo ad operandū. quia operatur ad

In crū mariti. vt est tex. c. 3 glo. in. l. si vxorē. C. de p̄diu. ser. 7. l. sicut patronus. ff. de op. li. 7 vide de hoc qd̄ latius dixi in. c. lras. de resti. spo. De iure etiā canōico nō rep̄tur in p̄tate mariti: imo quo ad debitū carnis nō indicātur ad imparia. vt in. c. gaudem⁹. d̄ d̄m̄or. Itē vxor: potest petere maritū sibi adiudicari: vt le. 7 no. in. c. j. d̄ or. cog. 7 vterq; possidet ab alio ita qd̄ est reciprocā possessio int̄ eos. vt in. c. ex trāmissa. 7. c. lras. de resti. spo. sed cōsidero qd̄ h̄ vtroq; iure nō rep̄tatur vxor: in p̄tate mariti sicut fili⁹ in p̄tate patris: tñ ex quadā largā p̄tate 7 ratiōne seruitij vxor: est sub p̄tate mariti iure diuino 7 canōico. Naz vt habet **Sen. ij. c. de d̄ixit ad mulierē post peccatū.** In dolore paries filios et s̄ viri p̄tate ens. Et in canōe d̄: mulier nō h̄ p̄tatem sui corp̄is: s̄ maritus. nec marit⁹ h̄ p̄tatem sui corp̄is: sed vxor: 7 originalit̄ sunt verba apli. vt in. c. nō debet. de p̄sang. 7 affi. 7 tex. i. c. diuersis. de cobra. cle. 7 mu. 7 alibi d̄ qd̄ vxor: est s̄ d̄minio viri 7 pene eius famula. vt in. c. s̄ imago. 7. c. mulierē. xxxij. q. v. ad idem. c. lras. 7 qd̄ ibi no. d̄ resti. spo. q̄rōne hui⁹ subiectōis 7 seruitij puto firmiter maritū posse vendicare vxorē adiecta causa de iure diuino 7 canōico: sicut ciuitas rōne seruitioꝝ vendicat suū cinē: 7 dñs vendicat colonū 7 ascriptitiū. vt no. glo. in. l. j. p̄all. nam magis videt̄ astricta vxor: marito 7 fortiori vinculo q̄ ciuis ciuitati. 7 idez puto dicendū in vxore respectu mariti vt possit illū vendicare eodē modo. naz tenetur vxor: assistere marito 7 eū alimētare 7 mutuo sibi seruire. vñ dixit deus vt habet **Sen. ij. c. Propter hoc homo relinq̄t patrē 7 matrē 7 adheret vxori: 7 erūt duo in carne vna.** Et trāsumptiue habet in. c. j. xxx. q. x. et in. c. vno. de voto. li. vj. Et in euangelio dixit saluator. **Nō licet viro dimittere vxorē suā q̄cūq; de causa excepta fornicatōe. 7 trāsumptiue habetur in. c. fi. de p̄iu. lepro.** Si igit̄ eā dimittit et sibi nō adheret iuxta p̄ceptum dñici 7 canōici poterit eā vendicare adiecta causa de iure diuino 7 canōico. 7 p̄ h̄ dictū. c. nō debet. vbi dicit̄ qd̄ vir nō h̄ p̄tatem sui corp̄is sed vxor: facit. c. oēs causas d̄des. xxxij. q. vij. vbi d̄ qd̄ apli p̄iugū sarcinā p̄siderātes dixerūt: si talis est causa viri ad vxorē iam nō expedit nubere. Itē videm⁹ qd̄ vterq; agit possessōis 7 petitiōis p̄ reliquū: vt hic. 7 in. d. c. j. de or. cog. 7 in. c. lras. et c. ex p̄questiōe. de resti. spo. 7 p̄ h̄ salua h̄c tex. 7 si. i. qui bus dicit̄ qd̄ marit⁹ vendicat vxorē 7 ecōtra. qd̄ diligenter no. q; nemo ista apit. Et aduertendū qd̄ h̄ possit eā vendicare: non tñ p̄ h̄ cessant alia remedia vt interdictū de vxore exhibēda vel iudicis officii: sicut dicim⁹ in patre respectu filij. vt. d. l. j. Possunt em̄ multa remedia si mul cōcurrere. l. quot. ff. de acti. 7 ob. 7 qd̄ no. Anno. in. c. audim⁹. de collu. 7 hoc iudicis officii est fm̄ ius: nō aut̄ extraordinariū p̄ ius: sicut illud p̄ qd̄ petiit̄ restitutio in integ. qd̄ nō pōt̄ p̄currere regulariter cū remedio ordinario. vt in. l. in cause. ff. de mio. Et sic soluit̄ p̄nū il lius. l. vt no. glo. 7 bar. in. d. l. j. qd̄ no. Idem in fili vult **Jo. an. in. c. nō solū. de ap. li. vj.** Et interdictū pp̄rie nō p̄petit nisi qñ ab alio detinet. q; interdictū dat̄ int̄ duos: videlz int̄ agentē 7 eū q̄ detinet vt eā exhibeat officii iudicis qñ a nemie detinet. nam nō pōt̄ hoc casu p̄p̄rie agi interdicto de vxore exhibēda. q; nō est ad quez dirigit̄. poterit etiā agi rei vendi. vt dixi: vt hic. 7. d. c. j. de or. cog. Et p̄ h̄c habes satis bñ materiā declaratā: maxime tu canonista. Et no. ex p̄all. dicto **Jo. an. qd̄ de re sp̄iali vt est m̄rimoniū pōt̄ agi possessōis corā iudice seculari aduersus laicū ex quo nō negat̄ m̄rimoniū. vide qd̄ dixi in. c. cū sit generale. de fo. p̄pe. 7. c. lras. de iura. ca.** Alie glo. sunt sup̄ expedite vsq; ad glo. q̄ est i. x. dñs. illa colligit aliquos casus in quibz dñs fraudat̄ seruo. sed p̄ h̄ nō declarat̄ tex. i. eo qd̄ dicit mulierē allegasse instrumētū viciōsuū vt seruo dñs fraudaret. **Quero igit̄ in quo dñs fraudat̄ ex m̄rimonio p̄cto p̄ seruū cū tex. in. c. j. de p̄iu. ser. dicat̄ qd̄ nihilomin⁹ serui tenent̄**

dñs ad debita seruitia: dicit **Hoff. 7 Ala.** qd̄ forte in instrumētō dicebat̄ qd̄ dñs p̄sentat. dic clar⁹ qd̄ dñs fraudat̄ seruo in multis casibz. 7 inter ceteros est iste qd̄ si dñs p̄stituit dōtē vel donatiōem p̄pter nuptias ancillē vel seruo videt̄ ei p̄ferre libertatē. vt. l. j. C. d̄ ser. fu. 7 in l. j. sed 7 si q̄s homi. C. de lati. lib. tol. q; hec nō fuit nisi inter liberos. Et forte idem dicendū qñ dñi sunt p̄sentes 7 tacent. ar. c. si seruus sciente. liij. di. ad idem qd̄ habet̄ in aut. de nup. s̄. si x̄o ab initio. vbi dicit̄ qd̄ si dñs tradit ancillā vel seruū m̄rimonio vt liberam seu liberum. q; nullā mentōem fecit de seruitute eripit̄ seru⁹ seu serua de seruitute. Dicebat ergo mulier istd̄ instrumētū ad hoc fraudulentū. quia forte fraudulenter fiebat in eo mētio de cōsensu dñi vt sic p̄sequeret̄ libertatem: sed hoc nō pbauit. Et his habes declaratos duos casus positos in hac glo. ali⁹ est in. c. l3. de p̄iu. ser. dic vt ibi. **Quart⁹ est in aut. que p̄sti. li. a pa. po. circa p̄n.** vbi dicit̄ qd̄ si p̄ntē dñs seruus p̄sequit̄ miliciā vel aliā dignitatē ab impio cōsequit̄ libertates. Sunt 7 alij casus extra glo. quos nō expedit p̄sequi. **Quero q; hic ponerat̄ delatio anuli quid significat̄ ipsi⁹ dario: Glo. in x̄. anulos. r̄ndet vt p̄t̄ in ea.** Tu aduerte qd̄ qñq; pbatur qd̄ vir dedit anulū mulieri: qñq; qd̄ mulier portabat anulū. **Primo casu dicendū vt plene le. et no. in. c. fi. de despon. impu. et vide bonā glo. in. c. tenor. de re iudi. 7 i. c. nostrates. xxx. q. v. 7 in hoc varie sunt opi. 7 in hoc credo qd̄ standū sit cōsuetudini.** Nam in aliquibz partibus datur tempe sp̄saliōz: 7 tūc in dubio significabit sp̄salia. In alijs dat̄ tempe m̄rimoniū: 7 tūc significabit matrimonii. hec em̄ signa dubia declarāt̄ a loci cōsuetudine. ar. in. l. qd̄ si nolit. s̄. q; assidua. ff. de edi. edic. 7 in. l. si seruus plurimū. de leg. j. 7 in. c. ex lris. d̄ sponsa. 7 in. l. nemo est qui nesciat. 7 qd̄ ibi no. ff. de duobz re. Et sic itelligit̄ glo. in. c. femie. xxx. q. v. Aut nō apparet de cōsuetudine: 7 hoc dupliciter. **Quāq; em̄ nō apparet de cōsuetudine. q. d. vario modo obseruatū est in loco: 7 tūc p̄cise nō pbat̄ matrimonii vel sponsalia. q; pbatio est dubia: vt hic. 7 in. c. in p̄ntia. de p̄ba.** Quāq; nil pbatur de cōsuetudine. 7 tūc aut anulū fuit simpliciter dat⁹ mulieri 7 p̄sumit̄ donatio. ar. in. l. qd̄ sp̄de. ff. de do. an̄ nup. Aut vir posuit mulieri in digito 7 p̄sumit̄ matrimonii hec em̄ videt̄ p̄sumptio iuris. vt in. d. c. femie. vbi dicit̄ qd̄ anulū ponit̄ in digito mulieris ad designanduz qd̄ eoz corda iungūt̄. qd̄ nō sit p̄ sponsalia. naz cōiunctio cordū designat̄ p̄sensum de p̄nti. et in hoc casu intelligo glo. in. c. tenor. d̄ re iudi. **Hec vera nisi alie cōiecture sint in oppositū. nam iuris p̄sumptio facili⁹ tollitur p̄ cōiecturas. vt le. 7 no. in. c. requisisti. de testa. maxime iuxta glo. in. x̄. p̄sumit̄. 7 iste nō est casus noster. q; hic nō pbabat̄ qd̄ vir iste imposuisset anulū mulieri sed qd̄ dūtaxat mulier deferebat anulū. 7 sic frustra in hoc glo. posuit illā p̄sideratōem.** **Venio ad secundū principale mēbrū. s̄. qñ solum pbat̄ qd̄ mulier deferebat anulū. 7 iste est pp̄rie casus noster. in quo puto dicendū qd̄ aut solū mulieres cōiugate defert̄ annulosita qd̄ alijs nō p̄mittit̄. 7 tūc si mulier cohabitās viro portat anulū tunc satis in dubio p̄sumit̄ matrimonii. q; aut vir imposuit sibi: 7 habeo p̄positum p̄ sup̄dicta.** Aut mulier assumpsit ex se viro vidente 7 non cōtradiciente: 7 p̄sumitur qd̄ voluerūt cōtrahere matrimonii: sicut dicim⁹ in nouitia que ingerit se actibus p̄fessarijs. ex hoc enim videt̄ p̄fiteri et inducit̄ p̄fessio tacita. vt in. c. vidua. de regula. 7 no. in. c. ij. d̄ testa. ad idē. c. dilecto. 7 qd̄ ibi no. de p̄ben. 7 in. c. cum. **D. de consti. p̄dicta procedūt nisi si alie cōiecture resistent: vt. s̄. dixi. ar. c. lras. j. eo.** Aut non probat̄ qd̄ sole cōiugate defert̄: 7 facit tale quale indicium: sed non pbabit matrimonii. quia cōmuniter delatio anuli equiuocat̄ ad plura. Nam qñq; designat̄ matrimonii. vt. d. c. femie. qñq; est signū venditiōis panis: vt h̄. qñq; est signū dignitat̄ aut etiā lenitat̄

De presumptōibus.

vt in c. clerici. de vi. 7 ho. qñq; designat inuellituras. vt in c. ex ore. de his q; si. a ma. par. ca. qñq; est signū libertatis. vt in l. ij. C. de in. anu. au. 7 sic nō. pbat p̄cise alter q; nō. pbat h̄ esse qd̄ ab h̄ p̄tingit abesse i. c. ij. de trāssa. pla. 7 in l. neq; natales. C. de pba. **U**ltimo opp. videt em̄ q; sola cohabitatio sufficiat ad pbatōez m̄rimoniū. vt i. l. i. libe. ff. de ritu nup. Soluit gl. in x. vxorē. q; illd̄ p̄cedit d̄ iure civili. sec⁹ de iure canōico vt hic. 7 d. c. aliter. **U**n. diē q; etiā d̄ iure civili nō. pbat hodie m̄rimoniū p̄ solā cohabitatioez. vt i. aut. q. mo. nā. effi. le. §. qm̄. coll. vj. vbi d̄ q; pbari debz q; cohabitauerūt vt vir 7 vxor. 7 p̄ illā aut. diē corrigi. l. in libe pall. 7 q̄cqd̄ sit i h̄ standū est iuri canōico. in c. pe. 7 vlti. 7 qd̄ ibi no. j. de se cun. nup. **A**lic glo. sunt sup̄ declarate.

Isteris. **C**asus. Per violētā p̄sumptiōne pbat̄ carnis copula. **L**ois dimissio. secūda ibi p̄sultatōi. **N**o. p̄ q; m̄rimoniū pōt separi q; ad thoz rōne fornicatōis h̄ fornicatio nō. pbat̄ apte p̄ testes: nec p̄ p̄fessionē mulieris iculpa. te. sufficiūt em̄ violētē p̄sumptōes vt hic. **N**o. scdo iū cta glo. ij. q; vbi act⁹ nō. pōt directe pbari p̄ sensuz sufficit testes deponere sup̄ actibz p̄pinq;: dū tñ adijciūt se credere ita esse. 7 sic nota casuz in q; valet testimoniū de credulitate: qñ. f. est p̄iunctū actibz p̄pinq; rei pbande 7 vide circa h̄ qd̄ dixi in c. quotiēs. s. de testi. **E**t nota q; ad pbandā fornicatōez nō. est necesse deponere q; viderūt testes virū 7 mulierē simul p̄miscētes: h̄ satis ē deponere sup̄ nuditate 7 solitudine loci. **N**o. q; suspitō seu p̄sumptio violētā sufficit ad ferendā sniam etiam si agit de crimie civiliter. 7 vide in h̄ qd̄ pleni⁹ dixi i. c. tercio loco. de pba. **E**t nota q; suspitio sumit qñq; p̄ p̄sumptōe. vide qd̄ dixi in c. q̄nto. s. e. **N**o. q; sufficit dicitū testis p̄cludere p̄sumptiue qñ p̄sumptio est violenta 7 inridica. ad h̄ qd̄ no. bar. in l. j. ff. si cer. pe. **E**t no. q; vbi ex eodē facto insurgūt duo delicta que hnt se vt spēs separe potest q; de vtroq; puniri. nā. p̄pter adulteriū separe hic m̄rimoniū q; ad thoz. 7 p̄pter crimē incestus p̄iunat̄ mulier facultate p̄bendi m̄rimoniū. ad h̄ l. si adulteriū cū incestu. ff. de adul. vide plene p̄ bar. in l. senat⁹. ff. de accu. 7 p̄ Jo. an. in addi. spe. d̄ homic. p̄ p̄n. et sic limita gl. in c. x̄ginibz. xxvij. q. j. **E**t ex h̄ 7 et ter. no. q; incestuosa p̄iunat̄ spe p̄bendi m̄rimoniū etiaz si actū fuerit civiliter. **E**t nota h̄ vltimū. videt eī q; ista sit ipso iure pena delicti q̄litercūq; de eo p̄stet. ar. hic et in c. siq; sponsaz. xxvij. q. j. **O**pp. 7 videt q; p̄p̄t incestū vel aliud quodcūq; delictū nō. separe m̄rimoniū iā p̄ctū: maxime carnali copula p̄summatū. vt in c. hi q; vxores. 7 in c. hi q; m̄rimoniū. xxij. q. vij. **S**l. j. metu p̄ri di cit. q; hic petebat̄ separi quo ad thoz: 7 sic videt q; hic agebat̄ civiliter. qd̄ pbat̄ lra dū dicit q; petebat̄ separi zc. **E**t quo dicendū q; verbū accusatores in lra positum stat improprie. vnde expone fm̄ Jo. an. i. p̄curatores mariti 7 p̄secutores accusatōis iam facte ab ipso civiliter. als. p̄curatores nō. potuissent iteruenire in c. tue. de p̄cu. 7 c. veniēs. de accu. nec etiā potuissent noie p̄prio accusare mulierē civiliter ad sepatōez thoz. solus em̄ maritus admittit̄ cū ipsius solius interfuit. hinc est q; pōt sibi parcere 7 iam sibi recōciliare. vt in c. quēadmodum. de iure iur. 7 xxij. q. j. siq; vxorē. 7 q. v. p̄cepit. tenet **I**nn. i. c. j. de adul. 7 Jo. an. hic. **A**lic glo. sunt clare. **U**ltra alios q̄ro an. p̄batio adulteriū de q; hic sufficit si ageretur de adulterio et incestu criminalit̄: puto q; sic. q; iste p̄sumptōes ex solitudine nuditate loco 7 sexū diuersitate sunt ita stricte et violente vt vir ipsa rea denegare facinus audeat. 7 de his potest intelligi. l. sciant cūcti. C. de pba. canōizata. ij. q. vij. sciant. 7 vide qd̄ dixi in c. p̄terea. de testi. 7 in d. c. tercio loco. de pba. 7 maxie cū iste act⁹ fornicatōis n̄ sbiaceat f̄sui.

Tercio loco. **C**asum summariz po. ne vt in p̄ceden. c. **D**i-

mo p̄sultatio. secūdo respōsio: ibi noa. **N**ota p̄ 7 tene menti q; appellatōe sponse qñadoq; venit illa cū q; contractū est matrimoniu per verba de p̄senti carnali copula ad huc nō. intercedete. **E**t nota ibi vxorē zc. q; ante traductōem ad domū sponsi 7 carnalē copulā subsecutam h̄ cōsensus de p̄senti interuenit nō. dicit vxor sed sponsa. qd̄ an sit verū indistincte dicā. j. **N**ota q; ex illicito coitu p̄trabit̄ affinitas habilis ad impediendum 7 dirimendū matrimoniu p̄trabendū cūz om̄ibus cum quibz p̄tracta existit: vt sunt p̄sanguinei ipsi mulieris cognite vsq; ad quartū gradū in c. nō. debet. de cōsang. 7 affini. vt in c. discretioez. de eo qui cognō. p̄sang. vxor. sue. **N**ota q; vbi vertit̄ periculū aie audiet quis licz denūciat turpitudinē suā. ad idēz. c. p̄terea. d̄ spon. vide qd̄ plene dico in c. super. de cōcess. p̄ben. et p̄bar. i. l. post mortē. ff. de adopt. **N**o. ibi p̄ certo credere q; quis potest habere certā credulitatē de aliqua re ex certis signis exterioribz. ad idēz. tex. s. c. p̄ri. **N**o. q; ex loci solitudine 7 diuersitate seu dispanitate sexū inducitur p̄sumptio fornicatōis. cōcor. c. ij. de coha. cle. et mu. 7 lxxj. di. clericus. **N**o. ibi testimoniū vicinie. q; duo testes deponūt testimoniū vicinie. 7 sumit̄ hic testimoniū. p̄ asseueratōe extraiudiciali siue iuramēto: sicut i c. tua. de coha. cleri. 7 mulie. **E**x quo colligūt q; per duos testes potest pbari fama totius vicinie. 7 sic non requiritur q; maior pars vicinie deponat: sicut existimāt quidam min⁹ intelligētes. 7 est in hoc iste tex. no. 7 sic intellige. c. inquisitōis. in fi. j. e. et hoc tenet glo. no. in. §. si. ij. q. j. 7. iij. q. ij. §. item sepe. et in l. ij. §. q; argumēta. ff. de testi. 7 docto. in d. c. inquisitōis. 7 bar. in l. de minore. §. tomēta. ff. de questi. facit. c. tam lris. de testi. 7. l. ij. C. de bo. pos. fm̄ tab. vbi per duos p̄batur inscriptio septem testiu: quinimo 7 notozū. pbat̄ per duos testes: vt no. glo. in d. §. si. **N**ota q; vbi agitur de dissolutōe matrimonij tutū est vltra p̄batiōes p̄sumptiuas recipe iuramenta ipsoz cōiuguz. **N**o. in fi. lre q; manifestum dicit̄ q; a pluribz predicat̄. 7 sumit̄ hic manifestū p̄ specie distincta a notorio. 7 de hoc vide qd̄ no. in c. vltra. de coha. cleri. 7 muli. 7 no. in hoc istuz tex. **S**ed que ro. hic in tex. sunt diuersē p̄sumptōes: nūquid quelibet per se sufficiat: **S**o. aduertendū q; hic primo cōcur rebat credulitas istoz testiu asserentiū firmiter se credere q; illa fuerit istius inuenis cōcubina. 7 h̄ sola fm̄ omnes non sufficit. q; testes debent deponere de his q; p̄cipiūtur aliquo sensu corporeo. vt in c. testes. ij. q. ix. et in l. testiū. C. de testi. non autē de credulitate. vt in c. cū causam. eo. ti. sed hoc faciebat̄ administratū fm̄ **S**of. **S**e cundo cōcurrerat q; testes istos viderūt insimul p̄ plana 7 nemoz vias: 7 in via plures cōuagātes. **I**nn. credendo dicit̄ hanc esse violentā p̄sumptōem que sufficit ad sententiā. sic. s. c. p̄ri. 7. xxv. q. vj. ab isto. **F**atet tamē q; aliqui cōtradict̄: dicentes nullum ex his p̄missis per se sufficere: quibus ego magis assentio. nam non video q; istud solum habeat p̄bare fornicatōem: maxime ad sepatōem matrimonij vt hic intendebatur: cum loqui in via vel ire per nemoz non sit actus om̄ino p̄pinquus fornicatōi: nec ius p̄sumit nisi p̄cessisset monitio vt n̄ p̄fabulent̄: vt i. d. c. cleric⁹. 7. c. ij. fac. **C**. d̄ adul. aut. siquis ei. 7 h̄ bar. in l. furem. ff. de furr. dicat pbari adulteriū si aliquis fuit dephensus in domo alicui⁹ pulc̄re mulieris: q; est actus p̄pinquus. **T**amē p̄trariū sit post glo. in l. capite q̄nto. ff. de adul. vbi dicit̄ req̄ri ad pbatōem delicti q; fuerit deprehensus in actibz venereis. vñ puto q; si fuisset reptsus in camera cūz muliere sola hōis ad hoc cōmodis: hoc satis sufficeret ad probationem delicti. vel ipam osculatē vel ipsam tangentem vel in similibz actibus p̄pinquis: als. secus. 7 hoc videtur probare iste tex. nam iudex iste coram quo vertebatur q̄stio p̄ sup̄dictas probatōes 7 etiā p̄ credulitatē testiu noluit moueri. nec papa in hoc eū reprehendit: s̄

De presumptionibus.

q̄ nō ex̄risile q̄ iste tpe p̄uersiōis sue dixisset mēdaciū
i frēm. erat tñ p̄sumptio p̄ sc̄do dicto q̄ fuerat iurātū
s̄ prima p̄sumptio erat validior. Et ex h̄ 7 ex tex. sing.
no. q̄ si p̄currūt duo dicta p̄ria ab eodē vñ cū iuramē
to aliud sine standū ē dicte nō iurato si p̄ieture sūt. p̄
eo magis q̄ p̄ dicto iurato. Ceteris ergo paribz potius
p̄sumendū ē p̄ dicto iurato licz postea emanato q̄
simplici assertioni prius facte. 7 faciūt ad h̄ no. ad ea q̄
tetigi in. c. p̄tuas. de p̄ba. 7 p̄ bar. in. l. eos. ff. de fal. q̄ si
testis prius dixisset vñ ex̄ iudiciū sine iuramēto 7 i iudicio
dixit p̄rium cū iuramēto standū ē sc̄do dicto p̄
pter p̄sumptōem iuramēti nisi subsint alie p̄sumptōes
p̄ primo dicto sicut hic erant. q̄ tpe q̄ dixit primū di-
ctum erat accensus zelo fidei orthodoxe. i. catholice cū
noniter reuertēret ad fidē. Itēz amo: fraternus q̄ nō
ē verisile q̄ falso illū dixisset hereticū 7 h̄ bñ no. **¶** Q̄
q̄ suspicio nō sufficit ad p̄denatōem alicui? etiā si sit
vehemēs lra tñ a p̄rio vñ p̄bare q̄ in crimine nō graui
sufficit vehemēs suspitio. de hoc tñ dicit plene dicit i. c.
q̄nto. s̄. e. vñ tñ apte p̄bat h̄ lra q̄ q̄nto crimē est gra-
uius tāto p̄sumptōes debent ēē vehemētiores. quia vbi
maius periculū ibi cautius ē agendū vt in. c. vbi piculū
de elec. li. vj. 7 facit h̄ lra in ar. fm̄ Jo. an. q̄ p̄pter pre-
sumptionē minaz vel inimicitiaz nō sit p̄denandus d̄
bomicidio d̄ q̄ nescit a quo factū sit. 7 remittit ad spe.
c. ti. s̄. ij. x̄. s̄ pone q̄ minatus ē. vbi d̄ velle spe. q̄ hoc
sufficiat ad torturā. vñ vide ibi lati. 7 tetigi i. d. c. scri-
bam. **¶** Q̄o. q̄ cōuersus seu reuersus ad fidē incidēs i
manifestū peccatū p̄sumit relapsus vel nō plene conu-
sus non tñ hoc solū sufficit ad p̄denatōez vt h̄. **¶** Q̄o
fere nonū dcm̄ q̄ a suspecto de p̄nia pagenda p̄t ep̄i
gi cautio sufficiens. s̄. de certa pena soluēda si eā n̄ ege-
rit. q̄d̄ intellige q̄n̄ p̄ peccato manifesto imponit publi-
ca p̄nia ab h̄ntē iurisditōez etiā fori p̄tētiōsi. hoc dico
q̄ in foro oīno p̄niali hec cautio nō exigēret saltem ab
inuito. ar. in. c. si sacerdos. d̄ offi. or. 7. c. si. de temp. or.
¶ Ultimo no. ex si. lre q̄ d̄ crimine q̄ntūcūq̄ graui p̄t
q̄s p̄denari ex p̄sumptōe violēta q̄ satis orit̄ ex deficien-
tia i purgatione. facit. c. excōicamus. s̄. j. de hereti. et. c.
cū p̄tumacia. eo. ti. li. vj. Et ex si. lre 7 ex medio no. q̄ ve-
hemens p̄sumptio nō sufficit ad p̄denatōem s̄ violē-
ta sic q̄d̄ voluit h̄ gl. pe. facit q̄d̄ no. gl. in. c. insinuatū.
de symo. s̄. dic vt dixi in. d. c. q̄nto. **¶** An̄q̄ veniam ad
glo. declarabo prius aliq̄ textualia. p̄ ei q̄ro q̄re ep̄s im-
petrauit delegatos p̄ istos de heresi suspectos cū potu-
isset ex offō. p̄cedere p̄ istos. vt in. c. ad abolendā. de he-
reti. vbi p̄z in fi. p̄ hoc bñ facit. c. j. de offi. or. q̄ etiā ex̄
p̄ti tenent̄ in h̄ obseq̄ ep̄o loci. facit de. j. 7. ij. e. ti. So.
hic non apparet q̄s impetrauit istos delegatos. forte ei
dū impetrarent̄ ab ep̄o seu molestarent̄ ex̄ iudiciū im-
petrauerūt ip̄i istos delegatos quibz fuit cōmissum vt
audirēt cām inter eos 7 ep̄m aucte aplica. nec apparet
hic quali t̄ ageret ep̄s p̄ eos. Inno. dicit q̄ forte ep̄s
p̄ns iste denūciauit crimē istoz pape vel petebat bona
istoz p̄pter heresim. Host. dicit q̄ agebat civiliter vel
ex offō impetebat ip̄os. ar. in. d. c. ad abolendā. nam si
criminalr non potuisset in arbitros p̄promitti quod h̄
factū fuit. Potes tñ dicere q̄ forte agebat criminalr.
nec ob. q̄ fuit cōpromissum q̄ papa nō approbat s̄ re-
citat hic p̄promissum vt dic̄ hic Jo. an. sup glo. vnde
dicit q̄ in hoc non ē vis. in hoc em̄ nō p̄sistit intellect̄
c. cui em̄ applicent̄ bona clerici vel laici de heresi d̄ ana-
ti. dic vt dixi in. d. c. excōicam. s̄. d̄ anati. 7 in. c. cū fm̄
leges. e. ti. li. vj. **¶** Quero sc̄do p̄ declaratōne finis lre
quō apparebit ex̄ iniunctione p̄nie an sit verus penitens
vel ficte p̄uersus. So. fm̄ Host. 7 Jo. an. si paratus est
p̄bere dictā securitatē 7 p̄niam benigne suscipe quam
postea deuote 7 efficaciter implet p̄sumptio ē de vera
p̄uersione alioq̄n. i. si nō vult canere vel p̄niam recipere.
vel h̄z caueat 7 p̄niam recipiat illā tamē negligit adim-

plere ē p̄sumptō de p̄rio. 7 hoc satis placet 7 elicitur ex
ip̄a lra. 7 facit de pe. di. ij. c. j. Et ex hac expositōne no.
q̄ nō solū deficiens in purgatōe punit vt p̄uict̄ s̄ etiā
p̄tumax in eā recipiendo. d̄ q̄ tñ dic vt no. in. c. excōicam
mus p̄alle. 7 vide q̄d̄ dixi in. c. veritatis. de dol. 7 contu.
¶ Glo. j. facit duo. p̄ instat an in iudicē possit compro-
mitti. 7 dic vt in ea 7 latius vt no. in. c. cū tempe. d̄ arbi.
Sc̄do principalr an de cā criminali possit cōpromitti.
7 nil boni p̄cludit s̄ potius remittit ad. c. penul. de i in-
te. resti. vbi de hoc. Host. h̄ dicit q̄ agebat civilr. et sic
vult q̄ vbi de crimine civiliter agit p̄t cōpromitti. et
idem Host. 7 idē glo. 7 bar. in. l. nō distinguem. s̄. in-
lianus. ff. de arbi. 7 p̄t dici q̄ vbi agit de solo p̄iudicō
p̄tium p̄t p̄promitti secus in p̄iudiciū fisci seu reipu.
facit q̄d̄ no. in. l. inter. s̄. recte. ff. de furt. 7. l. licitatio. s̄.
q̄d̄ illicite. ff. de pub. de que tñ dic vt plenius no. in. d.
c. pe. 7. d. s̄. iulianus. hic tñ nihil p̄bat vt. s̄. dixi. q̄ so-
lum recitat factū. **¶** Q̄p. 7 vñ q̄ frater nō d̄z admitti
p̄ frēm in magnis criminibz vt in. l. si magnū. C. q̄ accu.
nō pos. glo. in x̄. d̄ fratre. dicit illud regulare sed fallit
in crimine heresis in q̄ admittit̄ etiā p̄ parētes. x̄ij. q̄.
v. si audieris. **¶** Adūte h̄z doc. hic lente trāscāt. l. si ma-
gnū. all. in gl. loquit̄ in accusatōe 7 non in testimoio et
p̄cedit h̄ nisi vite fratris fuerit insidiarius. nā tūc 7 m̄
p̄ filiū 7 etiā p̄ admittunt̄ ad accusatōem. vt no. i. d.
l. si magnū. Respectu x̄o testimonij dicendū q̄ aut lo-
quimur in civili aut in criminali. p̄ casu tenet spe. in tit.
de teste. s̄. j. x̄. s̄ nunq̄d̄ frater. q̄ admittit̄ p̄ 7 p̄ frēm
s̄ credit̄ plus vel minus fm̄ affectionē q̄ nulla lex p̄bi-
bet. hoc fallit fm̄ eū nisi habeat oīa p̄ indiuiso. vel sint
ābo s̄ p̄tate vni p̄ris. An̄ aut̄ p̄pellat̄ testificari p̄ frēm
remittit ad. s̄. de testiū. x̄. s̄ nunq̄d̄. e. ti. 7 ibi vñ sentire
q̄ sic d̄ando regulā q̄ quilibet nō p̄uilegiatus i testi-
monio ferēdo admittit̄ 7 p̄pellit̄ si nō vult. q̄ iura vo-
lunt generalit̄ testes cōpelli. l. si q̄n. C. de test. s̄. de testi.
cogē. p̄ to. In criminali x̄o dicit q̄ nō admittit̄. iij. q̄.
ij. l. iulia. facit. ij. q̄. v. c. j. **¶** Aduerte tu subtilius. nam
p̄t dici q̄ inter cāz criminalē 7 civilem certo respectu
nulla ē d̄ia. aut em̄ querit̄ nūquid̄ frat̄ p̄pellat̄ dicere
testimonij p̄ frēm vel aliquē p̄ sanguineū 7 dicendū q̄
nō siue cā sit civilis siue criminalis. Et q̄d̄ dixi de alio
p̄ sanguineo intellige vsq̄ ad terciū gradū. 7 idēz in q̄-
busdam alijs p̄sonis enumeratis in. d. l. iulia. 7 l. s̄. Spe.
videat̄ illā. l. intelligere in criminali. put̄ sentit etiā gl. i
l. parētes. C. de testi. gl. tñ in. l. lege iulia. ff. e. tenet eam
p̄cedere indistincte. put̄ generalr loquit̄. 7 cū illa glo.
trāsit̄ ibi bar. q̄d̄ mihi plus placet rōne honestatis 7 vt
charitas p̄seruet̄ inter cōiunctos nisi necessitas immi-
neret. put̄ dixi in. c. j. de testi. cog. Aut̄ q̄rit̄ nunq̄d̄ vo-
lens admittat̄ p̄ frēm. 7 puto q̄ sic tam in criminali cā
q̄s in civili. q̄. d. l. lege iulia. solum p̄uilegiat̄ nolētes te-
stificari volētes aut̄ nō repellit̄ q̄d̄ etiā ibi sentit bar.
nā solū int̄ parētes 7 filios repit̄ iure cautū vt etiā vo-
lentes nō admittant̄. vt. d. l. parētes. 7 intellige volen-
tes q̄n̄ sūt a pte inducti. nā si se offerret̄ essent suspecti.
vt le. 7 no. in. l. que oīa. ff. de pecu. 7 in. l. v̄tori. s̄. j. ff. de
fal. vide q̄d̄ dixi in. c. ij. de testi. Aut̄ q̄rit̄ nunq̄d̄ frater
admittat̄ p̄ fratre in ip̄ius fauorē. 7 distinguo in t̄ cām
civilē 7 criminalē vt p̄ casu admittat̄ s̄ credit̄ plus vel
minus fm̄ q̄ntitatē affectionis. sic intellige glo. iij. q̄. v.
c. j. 7 in. c. in lris. de testi. nā nullo iure in totū repellit̄. in
sc̄do casu nō admittit̄ q̄ agit̄ de maiori p̄iudicio in q̄
testes debēt ēē oīno integri. 7 idē vñ i alijs p̄ sanguine-
is 7 domesticis. sic loquit̄. d. c. j. 7 facit. x̄ij. q̄. ij. sup p̄u-
dentia. puto tñ q̄ i defectū alioz admittant̄ saltem ad
faciēdū iudiciū vt pueniat̄ ad torturā. ar. i. c. fi. d̄ testi.
co. 7 in. c. cū dilecti. 7 q̄d̄ ibi no. de elect. 7 i his casibus
puto fratrem cogendū dicere testimonij p̄ fratre. q̄a
p̄uilegiū est vt non compellatur aduersus fratres vt
d. l. lege iulia. quod cessat cum agitur de ip̄ius fauore

